

## [Liber quintus]

[fol. 134 b]

**INCIPIT<sup>1</sup> LIBER QVINTVS STORIA EIVDEM LIBRI SEPTEM TVBARVM \***

**E**<sup>2</sup> uidi septem angelos, qui stant in conspectu Dei, qui acceperunt septem tubas. Et alius angelus uenit et stetit super aram, habens turibulum<sup>3</sup> aureum. Et date sunt illi odoramaenta multa, de orationibus sanctorum omnium super aram, que est in conspectu Dei. Et ascendit fumus odoramentorum, de orationibus sanctorum, et de manu angeli in conspectu Dei. Et accepit angelus turibulum<sup>3</sup>, et impleuit illud igne arę, et misit eum in terra. Et facte sunt uoces et tonitrua, et fulgura, et terremotus [Ap 8,2-5].

[fol. 134v<sup>o</sup>] : Page blanche.

[fol. 135] : Page blanche.

[fol. 135v<sup>o</sup>] **Illustration : L'apparition des sept anges aux trompettes et l'Ange à l'encensoir (Ap 8, 2-5) :**

*Au-dessus de l'image* : SEPTEM ANGELI STANTES IN CONSPECTU DEI HABENTES SEPTEM TUBAS.

*Registre supérieur* : Sept anges tenant une trompe, debout devant Dieu assis en majesté.

*Registre central* : Un ange aux ailes déployées debout sur l'autel d'or, tient un encensoir d'or ; un autre ange en vol, tête en bas, déverse dans le registre inférieur des flèches de feu évoquant le feu de l'encensoir. À gauche du premier ange :

ALIVS ANGELVS STANS SUPER ARAM HABENS TURIBVLVM AD DEXTRAM. *Sous l'autel* : ARA AUREA. À gauche du second ange : VNVM ACCIPIT ANGELVS TURIBVLVM ET MISIT EVM IN TERRA ET<sup>4</sup>

[fol. 136 a] **INCIPIT EXPLANATIO SUPRADICTE STORIE IN LIBRO V<sup>o</sup> VII ANGELORVM**

**In hoc libro recapitulat ab origine dicens :**

**E**<sup>5</sup> uidi septem angelos qui stant in conspectu Dei [Ap 8,2]. Septem angelos septem Aecclesias dicit que<sup>6</sup> suprascriptę sunt. Sed adhuc alias uisiones quas

---

\* **LÉGENDE : Caractères rouges :** • Les petites capitales grasses rendent les titres en capitales rehaussés de couleurs diverses – rouge, mais aussi jaune ou bleu. • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales rouges. • Les grandes capitales grasses en corps supérieur rendent de grandes initiales rentrantes rehaussées de couleurs diverses. • Les caractères normaux rendent des caractères rouges normaux.

**Caractères noirs :** • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales noires. • Les initiales grasses rendent des initiales noires rehaussées de jaune, de bleu ou de rouge. • Les textes en italiques représentent des citations du Livre de l'Apocalypse qui n'ont pas été transcrites en caractères rouges.

1. Initiale rehaussée de couleur faiblement rentrante.

2. Initiale rehaussée de couleur faiblement rentrante sur trois lignes.

3. turabulum corr. en turibulum.

4. La fin du texte, très usée, n'est pas lisible.

5. Initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur deux lignes.

6. qui corr. en que.

uisurus erat per hos septem angelos *qui acceperunt septem tubas* [Ap 8,2], id est perfectam predicationem. Sicut scriptum est, quasi tuba exalta uocem tuam.

**Et alius angelus uenit, et stetit super aram** [Ap 8,3]. Hoc quoque narrationis genus quod <sup>7</sup> dicit, spiritualiter intelligendum est. Frequenter enim spiritualiter quod <sup>7</sup> proponit, in paruo sermone comprehendit : et breuiter enarrat. Et finito eo, quod obscurandum interposuerat, ad propositum redit. Primum enim proposuerit septem angelos, accepisse tubas. Nunc uero dicit : *alius angelus uenit, et stetit super aram* [Ap 8,3]. Iste angelus Christus est, qui stat super Eꝑcclesiam suam, Spiritu septiformis plenam, ut intelligas <sup>8</sup> post septem angelos uenisse. Iohannes uero uno tempore hoc uidit, et angelo ueniente, illi septem tubas acceperunt, id est per omnem mundum Christum adnuntiauerunt. quidem et aduentum Christi praedicabant <sup>9</sup> Aecclesia, sed tantum in Iudea. Super aram enim iussit Deus per Moysen neminem ascendere, [fol. 136 b] nisi Christus uenisset. **Habens turibulum <sup>10</sup> aureum** [Ap 8,3]. Turibulum <sup>10</sup> enim incensare dicimus, quod est corpus Christi. Ipse enim Dominus factus est turibulum <sup>10</sup>, ex quo Deus odorem suauitatis accepit, et propitius factus est mundo. Relinquit semel exemplum, ut sequamur uestigia eius, et tunc bonus odor Christi sumus. **Et date sunt illi odoramenta multa, de orationibus sanctorum omnium super aram auream, quę est in conspectu Dei** [Ap 8,3]. Ex orationibus sanctorum obtulit odoramenta. Ipse enim legauit Eꝑcclesię suae preces, quibus Deus propiciatus est : **Et ascendit fumus odoramentorum, de orationibus sanctorum, et de manu angeli, in conspectu Dei. Et accepit angelus turibulum <sup>10</sup> et impleuit illud ex igne are <sup>11</sup>** [Ap 8,4-5]. Iam turibulum <sup>10</sup> corpus Christi diximus. Aram uero Eꝑcclesiam. Accepit Dominus corpus, id est Aecclesiam, quia in corpore Christi fideles immitando Christum, coniungere in membrum, et perficiendo Patris uoluntatem impleuit illam ex igne are <sup>12</sup>, id est potestate <sup>13</sup>, cum dicit : Sicut me misit Pater ad passionem, et ego mitto uos ad passionem, quę consistit in sacrificiis et propitiacione Dei. In his enim accepit Aecclesia omnem potestatem in celo et in terra, dum Dei sacrificium perficit offerenti <sup>14</sup> Domino. **Et misit eum in terra** [Ap 8,5]. Quoniam ex Ecclesia uenit in mundo ira ; sicut per Zachariam dicit : Ponam tribunos Iuda, sicut torrente ignis in sti-[fol. 136v° a]-pula, et comedent a dextris et sinistris omni populo in circuitu, quia qui Aecclesiam non obaudit, sine dubio iram Domini incurrit. **Et factę sunt uoces, et tonitrua, et fulgura, et terremotus** [Ap 8,5]. Voces et tonitrua et fulgura, Aecclesię sunt praedicamenta. Terremotus autem, persecutiones sunt generaliter quę patitur Aecclesia, quia semper tribulationem patitur, ubi predicat. Hęc dixit facta in tempore, et in omnes directę potestate usque in finem.

Deinceps uero repetit que promisit, et septem angelos quos proposuerat singillatim per partes exposituros. **Et septem angeli qui habebant septem tubas, preparauerunt se ut canerent** [Ap 8,6]. Id est septem Aecclesiae preparauerunt

7. quem *corr. en* quod.

8. intellegas *corr. en* intelligas.

9. n *ajouté en interligne d'une encre plus claire avant le t final.*

10. turabulum *corr. en* turibulum.

11. Une lettre grattée après are.

12. ere *corr. en* are.

13. m *final gratté.*

14. e *final corr. en* i.

se ad prædicandum. **Et primus angelus tubam cecinit.** *Et factus est grando et ignis, mixtus in sanguine* [Ap 8,7]. Facta est ira Dei quæ haberet in se multorum necem. **Et missa est in terra, et tertia pars terrae combusta est, et tertia pars arborum combuste, et omnem fenum uiride combustum<sup>15</sup> est** [Ap 8,7]. *Terra, arbores, fenum* [Ap 8,7], haec omne unum est. Tres partes dixit, quia tres ordines sunt, id est Aecclesia, et falsi fratres, qui christiani dicuntur. Tertia est de infidelibus<sup>16</sup>, contra has<sup>17</sup> duas partes geminum malum pugnat Ecclesia. et hæc duo<sup>18</sup> [fol. 136v° b] partes contra Ecclesiam pugnant. Sic Deus per Zachariam promittit percutere pastores, et adherentes sibi in toto orbe, et eruere oues. Ex tribus partibus unam liberare, duas uero interire, id est gentiles et christianos malos, qui solum nomine christiani sunt, opere uero gentiles sunt, et iste partes due sunt, et duobus modis a Deo receditur homo. Aut fide, aut opere. Nam sicut qui fidem non habet a Deo alienus est, ita qui opere recedit ab omnipotente Deo alienus dicitur, aetiam si in Ecclesia fidem tenere uidebatur.

hAs<sup>19</sup> tres partes esse in omnem terram, unam ex his liberandam quæ sunt oues, quod est Aecclesia. **Gladium** dixit exurgere super pastores, et super uirum ciuem eius, dicit Dominus Omnipotens : **Percute pastores et eruite oues, et inducam manum meam super pastores, et erit in omnem terram** dicit Dominus. **Duæ** partes exterminabuntur, et deficient, et tertia pars relinquetur in ea. **Reuera** in terra omnia. **Et ducam tertiam partem per ignem, et uram eos sicut uritur argentum<sup>20</sup>, et probabo illos, quemadmodum probatur aurum. Ipse inuocabit nomen meum, et ego exaudiam eum, dicam populus meus es ; et ipse dicet Dominus Deus meus es tu. Ante enim quam separatio sit in diem iudicii, omnes qui uidentur populus Dei putatur, aut ab his qui solos putant populos Satane per orbem in [fol. 137 a] quo cum dissessio facta fuerit, id est persecutio parebit tertia diei, et ipsis<sup>21</sup> dicet<sup>22</sup> Deus quos pro suo nomine pati uidet populus meus es tu ; et ille dicit : Deus meus es tu. Fenum autem uiride, carnem dixit saginatam et luxuriosam ; omnis caro fenum. Haec<sup>23</sup> tres partes inter se dissentiunt, sed solum una est Dei quæ siue in hoc mundo, siue in iudicio saluatur.**

Sicut per Iob dicitur : sed non saluat impios, et iudicium tribuit. Scriptura sacra plerumque pauperes, humiles uocare consueuit. Vnde in euangelio, cum adiectione nominatur, dum dicitur : **Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.**

Quia enim diuitiæ uisibiliter potentes ostendunt, apud semetipsos pauperes sunt ; qui elati in suis conscientiis<sup>24</sup> non sunt. Eos uero impios uocat, qui ut fidei pietate disiuncti sunt, aut in hoc quod fideliter credunt, prauis sibi moribus contradicunt. Quia ergo omnipotens Deus malitiæ superbiam damnat, non potentiæ celsitudinem.

15. a final corr. en um ajouté en interligne d'une encre noire sans suppression du a.

16. infideles maladroitement corr. en infidelibus.

17. hos corr. en has d'une encre plus noire.

18. hæc due corr. en hæc duo.

19. h initial ajouté dans la marge d'une autre main devant le a rehaussé de jaune.

20. r ajouté en interligne.

21. s ajouté peut-être d'une autre main.

22. dicit corr. en dicet.

23. haec corr. en hæc d'une encre plus noire.

24. conscienciis corr. en conscientiis.

Sicut dictum est : Deus potentes non abicit, cum et ipse sit potens. Sed non saluat impios, et iudicium pauperibus tribuet ; id est elatos destruet, humiles uero per iudicium liberos reddet <sup>25</sup>.

Vel certe iudicium pauperibus tribuet, quia hii qui in hoc seculo nequiter opprimuntur, ipsi tunc in diem iudicii super oppressores suos iudices ueniunt. Duę quippe sunt partes [fol. 137b] in iudicio, electorum scilicet atque reprobatorum. sed bini ordines eisdem singulis partibus continentur. Alii namque iudicantur et pereunt ; alii non iudicantur et pereunt. Alii iudicantur et regnant ; non iudicantur et regnant. Iudicantur et pereunt, quibus dominica inclamatione dicitur : Esuriui, et non dedistis manducare ; sitiui, et non dedistis mihi potum.

O spes eram, et non collegistis me. Nudus, et non operuistis me ;

Infirmus et in carcerem et non uisitastis me. Quibus praemittitur :

Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius. Alii uero in extremo iudicio non iudicantur, et pereunt.

De quibus propheta ait : Non resurgunt impii in iudicio. Et de quibus Dominus dicit : Qui autem non credit <sup>26</sup>, iam iudicatus est. Et de quibus Paulus ait : Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Resurgunt aetiam omnes infideles, sed ad <sup>27</sup> tormentum, non ad iudicium. Non enim eorum tunc causa discutitur, qui ad conspectu districti iudicis iam cum damnatione suę infidelitatis accedunt. Professionem uere fidei retinentes, sed professionis opera non habentes, redarguuntur ut pereant. Qui uero nec fidei sacramenta tenuerunt, increpationem iudicis in extremam examinationem non audiuntur ? Quia

[fol. 137v<sup>o</sup>] **Illustration : Première trompette** (Ap 8, 7) :

*Registre supérieur, sur fond rouge* : L'Ange sonne de la trompette : PRIMUS ANGELUS TUBA CECINIT ET FACTA EST GRANDIO ET IGNIS MIXTUS IN SANGUINE ET MISSA EST IN TERRA.

*Registre intermédiaire sur fond bleu* : Chute de grêle et de flammèches sur des arbres.

*Registre inférieur sur fond jaune* : Plantes mortes : à gauche : UBI TERCIA PARS ARBORUM COMBUSTA EST ; à droite : UBI TERCIA PAS TERRE COMBUSTA EST.

[fol. 138] **Illustration : Pleine page décorative** :

Composition d'entrelacs contenant des quadrupèdes et des oiseaux.

[fol. 138v<sup>o</sup> a] preiudicati, infidelitatis suę tenebris eius quem despexerant inuentionem redargui non merentur. Illi saltim uerba iudicis audiunt, qui eius fidei saltim uerba tenuerunt. Isti damnatione sua ęterni iudicis nec uerba percipiunt, quia in eius referentia nec uerbotenus seruare maluerunt. Illi legaliter pereunt, quia sub lege positi peccauerunt. Istis in perditione sua de lege nichil dicitur, quia nichil legis habere conati sunt. Princeps namque terrenam rem publicam gerens, aliter punit ciuem interius delinquentem, atque aliter hostem <sup>28</sup> exterius releuantem. In illo iura sua consulit eum quę sub uerbis dignę inuentionis addicit. Contra hostem <sup>28</sup> uero bellum mouet, instrumenta perditionis

25. reddit corr. en reddet.

26. credit corr. en credit.

27. d ajouté en interligne d'une autre main.

28. h ajouté en interligne.

exercet, digna qui<sup>29</sup> eius malitię tormenta retribuit. De malo uero eius quid lex habeat non requirit, neque enim lege necesse est perimi, qui legem numquam potuit tenere. Ita ergo in extremo iudicio haec legalis illum inuectio percutit, quia ab eo quod professione tenuit, actione declinavit. Et iste sine iudicii inuentione perimitur, qui lege fidei non tenetur. Ex electorum uero parte<sup>30</sup>, alii iudicantur et regnant, qui uite<sup>31</sup> maculas lacrimis tergent, qui mala praecedentia factis sequen- [fol. 138v° b]-tibus redimentes, quicquid illicitum aliquando fecerint, ab oculis iudicis elemosinarum superductione<sup>30</sup> quooperiunt. Quibus iudex ueniens in dexteram consistentibus dicit : Esuriui et dedistis michi manducare. Sitiui, et dedistis michi bibere. Ospes eram et collegistis me. Nudus, et operuistis me. Infirmus, et uisitastis me.

In carcere<sup>30</sup> eram, et uenistis ad me. Quibus promittit<sup>32</sup> dicens : Venite benedicti Patris mei, possidete paratum uobis regnum, a constitutione mundi.

Alii autem non iudicant et regnant, qui aetiam p̄cepta legis perfectionis uirtute<sup>33</sup> transcendunt, quia nequaquam hoc solum quod cunctis diuina lex p̄cepit implere contenti sunt, sed prestantiora<sup>34</sup> desiderio plus exhibere appetunt, quam p̄ceptis generalibus audire potuerunt, quibus dominica uoce dicitur : Vos qui reliquistis<sup>35</sup> omnia uestra et secuti estis me, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis et uos super duodecim thronos ; iudicantes duodecim tribus Israel. Et de quibus propheta ait :

Dominus ad iudicium ueniet cum senioribus populi sui ; et de quibus Salomon cum de sancta Aecclesia sponso loqueretur, intulit dicens : Nobilis in portis uir eius, quando sederit cum senatoribus terre. Hii itaque extremo iudicio non iudicantur et regnant, quia cum auctore suo etiam iudices ueniunt, relinquentes quippe [fol. 139 a] omnia plus prompta deuotione hęc secuti sunt, quam iuberi generaliter audirent. Speciali namque iussione paucis perfectioribus et non generaliter omnibus dicitur, hoc<sup>36</sup> quod adolescens diues audiuit : Vade, uende omnia quę habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in cęlo et ueni sequere me.

Si enim sub hoc praecepto cunctos iussio generalis adstringeret, culpa profecto esset aliquid nos de hoc mundo possidere ; sed aliud<sup>37</sup> est quod per scripturam sacram generaliter omnibus p̄cipitur ; aliud<sup>37</sup> quod specialiter perfectioribus imperatur. Hii ergo recte sub generali iudicio non tenentur, quia et precepta generalia uiuendo uicerunt. Sicut enim non iudicantur et pereunt, quia suadente perfidia, lege teneri contempnunt<sup>38</sup>. Isti non iudicantur et regnant, quia suadente pietate aetiam ultra generalia diuinę legis precepta proficiunt. Hinc est quod

---

29. quę corr. en qi par grattage.

30. Tilde effacé sur le e final.

31. uitae corr. en uite.

32. premittit corr. en promittit par o ajouté en interligne au-dessus de e gratté.

33. s final gratté.

34. i final corr. en a.

35. Le deuxième i ajouté en interligne.

36. c final écrit en interligne.

37. aliut corr. en aliud.

38. p ajouté en interligne d'une autre main.

Paulus aetiam spiritualia precepta transcendens, plus opere exhibuit quam institutione<sup>39</sup> permissionis accepit.

Cum enim accepisset ut euangelium prædicans de euangelio<sup>40</sup> uiueret, et euangelium<sup>41</sup> audientibus contulit, et tamen aeuangelii sumptibus sustentari recusauit. Cur ergo iste iudicetur ut regnet, qui in minus quod seruaret accepit, sed magis quod uiueret inuenit. Dicatur igitur recte iudicium pauperibus tribuet. [fol. 139 b]

Quia quanto hic mundo magna humilitate despecti sunt, tanto tunc in<sup>42</sup> iudicio acceptis sedibus, maiori culmine potestatis excrescunt.

EXPLICIT PRIMA TVBA.

**INCIPIT STORIA SECVNDE TVBE.**

**E**t<sup>43</sup> secundus angelus tubam cecinit, et uelut mons magnus ignis ardens missus est in mari. Et facta est tertia pars maris sanguis, et pars creature in mari habens<sup>44</sup> animas, et tertiæ partes<sup>45</sup> nauium corruerunt [Ap 8,8-9].

EXPLICIT STORIA EIVSDEM SECVNDA TVBA.

[fol. 139v<sup>o</sup>] **Illustration : Deuxième trompette** (Ap 8, 8-9) :

*Registre supérieur sur fond bleu* : un ange sonne de la trompette au milieu des étoiles : SANCTUS ANGELUS TUBA CANIT.

*Registre central* : Une montagne constellée de flammes se renverse dans la mer : MONS MAGNUS IGNE ARDENS MISSUS EST IN MARE ET TERCIA PARS NAUIUM INTERIIT.

*Registre inférieur* : La montagne ardente atteint des barques dont une s'est renversée ; des hommes se noient au milieu de poissons et de tortues : ISTI FORMIDANTES FACERE UOLUNT. ISTI HOMINES MORIUNTUR.

[fol. 140 a] :

**INCIPIT**<sup>46</sup> **EXPLANATIO EIVSDEM STORIE.**

**E**t<sup>47</sup> secundus angelus tuba cecinit, et uelut mons magnus ignis ardens missus est in mare [Ap 8,8]. Mons magnus ardens diabolus est missus in populum. **Et facta est tertia pars maris sanguis** [Ap 8,9]. Mare, saeculum istud<sup>48</sup> dicit, quod est tertia pars arborum, quod<sup>49</sup> supra exposuimus. Ipsa est tertia pars maris. Tertiam dixit, quia in toto mundo tres partes exponit. Quod autem dixit *facta est tertia pars maris sanguis* [Ap 8,8] ; ipsa est<sup>50</sup> Ecclesia sub nomine christianitatis. Sic

39. m final gratté.

40. um final corr. en o.

41. o final corr. en um par ajout en interligne sans suppression du o.

42. in ajouté dans la marge de la même main.

43. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

44. habentia corr. en habens.

45. tertiam partem corr. en tertiæ partes.

46. Initiale non ornée faiblement rentrante.

47. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

48. istum corr. en istud d'une autre main.

49. quem corr. en quod.

50. in gratté après est.

in Egiptum, aque<sup>51</sup> primum uertuntur in sanguine. Mare et Egiptum iste mundus est. Licet in Egipto corporaliter gesta sint, spiritualiter tamen nunc geruntur in nobis. Aque uerse in sanguine, id est doctrina filosoforum in saeculo carnaliter intellecta. Multum de Scripturis proferunt, sed carnaliter sentiunt. [fol. 140 b]

Vnde et mare, id est populos hos<sup>52</sup> imitando in sanguine uertuntur, quos crux Christi, id est penitentia, ab Ecclesia expellit.

*Et mortua est tertia pars creature in mari, habens<sup>53</sup> animas [Ap 8,9].* Quod est creatura, hoc est et mare; unam rem diuidit in duas partes. Sicut terram et arbores habentes<sup>54</sup> animas dixit: ut ostenderet uiuos et mortuos dixisse. *Et tertia pars<sup>55</sup> nauium corrupta est<sup>56</sup> [Ap 8,9].* Iam supra diximus quia filosoforum et ypocritarum dogma, terram corrumpit, tertiam subsedentem sibi.

Corrumpunt<sup>57</sup> terram, id est, quia ad celestia non adsurgunt, quod est mare, hec creatura<sup>58</sup> in mari, hec<sup>59</sup> sunt et naues. **EXPLICIT TUBA SECUNDA.**

### INCIPIT STORIA TERTIA TVBA.

*Et<sup>60</sup> tertius angelus tuba cecinit, et cecidit de celo stella magna ardens uelut facula. Et cecidit super tertiam partem fluminum, et super fontes aquarum, et nomen huius stelle dicitur absintium; et facta est tertia pars aquarum absintium [Ap 8,10-11].*

**EXPLICIT ----. STORIA ----<sup>61</sup>**

[140] **Illustration : Troisième trompette** (Ap 8, 10-11) :

*En haut :* TERCIUS ANGELUS TUBA CANIT ET DE CAELO STELLE CADIT SUPER FLUMINA ET NOMEN EIVS ABSINTIUM.

*Registre supérieur sur fond bleu :* L'Ange sonne de la trompette au milieu d'étoiles.

*Registre central, sur fond jaune :* HOMINES MORTUI SUNT, PRO AMARITUDINE AQUARUM.

*Registre inférieur sur fond noir :* Des cadavres séparés par des cours d'eau, de part et d'autre d'une étoile ardente.

[fol. 140v° a] **INCIPIT EXPLANATIO SVpra SCRIPTE STORIE, TERTIÆ TVBE<sup>62</sup>.**

*Et<sup>63</sup> tertius angelus tuba cecinit, et cecidit de celo stella magna, ardens uelut facula [Ap 8,10].* De Ecclesia, dicit cecidisse homines. Magnam stellam dixit, quia maiores persone sunt qui in Ecclesia uidentur stare, sed in membris Antichristi sunt.

51. e corr. en e d'une encre plus noire.

52. h ajouté en interligne d'une autre main.

53. habentia corr. en habens.

54. habentia corr. en habentes.

55. tertiam partem corr. en tertia pars.

56. corrupuerunt corr. en corrupta est.

57. ent final corr. en unt.

58. hoc creatura corr. en hec creaturae.

59. hoc corr. en hec d'une autre main.

60. Initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur deux lignes.

61. storia est séparé de explicit et suivi par des tirets.

62. tertia tuba corr. en tertie tube par surcharge à l'encre noire.

63. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

Cælum Eꝥclesiam dicit, cum ab Eꝥclesia separantur et contra Eꝥclesiam surgunt, de cælo cecidisse dicuntur. Stella dicitur, quia licet non mundo corde inter ignaros fulgere uidentur. In euangelio ueritas dicit :

Ego sum lux mundi. Sicut autem hisdem redemptor mundi una persona est cum congregatione bonorum, ipse namque caput est corporis, et non huius capitatis corpus ; ita anticus hostis <sup>64</sup> una persona est cum cuncta collectione reproborum, quia ipse eis ad iniquitatem quasi capud praeminet. Illi autem regularis est actio aut capitatis uoce habente membrorum, aut quod dicitur pro membris referre ad caput.

Sicut de Christo et suo corpore, sic etiam de diabolo et membra eius intellige. Illi autem persuadenda <sup>65</sup> deseruiunt, uelut subiectum capiti corpus inherent, de quibus per Paulum dicitur : Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Hii nimirum aut praua sunt que faciunt, aut recta opera non recto corde sectantur. Non enim [fol. 140v<sup>o</sup> b] de suis operibus retributiones perpetuas, sed transitorios fauores querunt. Et tamen quia quasi sanctos laudari se audiunt esse ueraciter sancti <sup>66</sup> arbitrantur, et quanto se multorum extimatione inreprehensibiles putant, tanto diem districti iudicis securius expectant.

**Et cecidit super tertiam partem fluminum, et super fontes aquarum [Ap 8,10].**

Vtique tertia pars <sup>67</sup> quam <sup>68</sup> sibi sotiati in prædicationis amaritudine <sup>69</sup> sicut dicit. **Et nomen huius stelle <sup>70</sup> dicitur absintium. Et tertia pars hominum facta est similis stelle, que super illam cecidit.** *Et facta est tertia pars aquarum absintii, et multi homines mortui sunt aquis, quoniam amaricauerunt aque* [Ap 8,11]. Aque <sup>70</sup>, populi sunt. Aque <sup>70</sup> amaræ <sup>70</sup> effitiuntur, cum prædicationem prauæ doctrinæ <sup>71</sup> auriunt ; sic Dominus in cruce aceto et felle potatur, quod est praua doctrina hereticorum, unde bibere <sup>72</sup> noluit. Homines ergo mortui sunt <sup>73</sup>, mortiferis doctrinis percussi.

**EXPLICIT TETIA <sup>74</sup> TVBA.**

**INCIPIT STORIA QUARTE TVBE <sup>75</sup>.**

**E** <sup>76</sup> *quartus angelus tuba cecinit, et percussa est tertia pars solis, et tertia pars stellarum, et tertia pars lune, ut obscuraretur tertia pars eorum, et diei tertia pareret et noctis. Et uidi et audiui unam aquilam uolantem in medio celi, dicentem uocem magnam : Ve, ue, ue habitantibus terram de reliquis uocibus tube trium angelorum, qui tuba cecinituri sunt [Ap 8,12-13].*

64. h ajouté en interligne d'une autre encre.

65. da final corr. en denda d'une autre encre et d'une main moderne.

66. o final corr. en i.

67. pa suivi d'une lettre surchargée par un s noir et suivi de deux lettres suscrites noires.

68. quem corr. en quam.

69. m final gratté.

70. e final corr. en e d'une encre noire.

71. praua doctina corr. en prauæ doctrinæ à l'encre noire.

72. uiuere corr. en bibere.

73. a gratté après sunt.

74. Sic.

75. quarta tuba corr. en quartæ tubæ à l'encre noire.

76. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.



[fol. 141] **Illustration : Quatrième trompette** (Ap 8, 12-13) :

*Partie supérieure sur fond bleu* : Un Ange sonne de la trompette ; un aigle en plein vol : AQUILA UOLANS UE UE UE CLAMAT ; le soleil dont un tiers est éteint : SOL ; la lune dont un tiers est éteint : LUNA ; des étoiles en partie éteintes.

*Partie inférieure, sur fond jaune pâle* : quatre arbustes dont les feuilles pendent.

[fol. 141v<sup>o</sup>] : *Page vierge.*

[fol. 142 a] VERSVS DE EIPHANIE DOMINI.

Lux noua sublimis, de celo fulget in unis,  
Luce Dei plena, que gaudia monstrat amena.  
Noscutur hec stella, Dominum pariente puella.  
Nam nato Christo, mundo radiavit in isto,  
Reges post stellam, querunt puerumque puellam,  
Gentiles dicti, subeunt cunabula Christi.  
Aurum thus dantes, mirramque Deum uenerantes <sup>77</sup>.  
Per que fidem puram, tria signant sacra figuram.  
Hunc Christum puerum, studeamus credere uerum.  
Semper uiuentem, regnantem sed morientem,  
Est Gabriel dictus, tali sermone potitus,  
Pax sit uera bonis, uirtutum perpete donis.  
Ex celo natis, sit gloria sancta beatis <sup>78</sup>.  
Ergo nitamur, quo <sup>79</sup> uera pace fruamur.  
Gloria sanctorum, sit nobis summa polor <sup>80</sup>.

VERSVS DE LAVS VIRGINITATIS MARIE.

Nouimus esse uiam, qua credimus esse Mariam,  
Virgo Deo digna, nobis dedit aurea signa.  
Semper uirgo fuit, post partum uirgo quieuit <sup>81</sup>.  
Mater uirgo manet, quo <sup>79</sup> nos a crimine sanet.  
Hunc tenuit morem, peperit non passa dolorem.  
Que genuit Christum, qui <sup>82</sup> mundum continet istum,  
Ezechiel dixit, qui <sup>82</sup> talia carmina finxit.  
Semper claudetur Domini que porta uidetur.  
Nam clauso porta, proles nos uisitat orta.  
Et Pater et Natus, et Spiritus ipse beatus,  
Hoc tribuat munus Deus, qui <sup>82</sup> trinus et unus,  
Vt simus casti, celesti dogmate pasti,  
E tres persone, sic scribuntur ratione.  
Nam Deus est genitor natus Deus ipse creator.

---

77. s final écrit en interligne.

78. s prolongé par un long trait occupant la fin de la ligne.

79. o écrit en interligne.

80. La dernière lettre est prolongée jusqu'à la fin de la ligne pour se former en boucle.

81. Le premier i écrit en interligne.

82. i écrit en interligne.

Spiritus et fortis, mundans nos crimine mortis <sup>83</sup>.  
 Hii se non ledunt, qui <sup>82</sup> talia sic bene credunt.  
 Vnum signantes, trinumque Deum uenerantes <sup>84</sup>.

[fol. 142v° a]

**INCIPIIT** <sup>85</sup> EXPLANATIO SVpra SCRIPTę STORIAE.

**Et** <sup>86</sup> quartus angelus tuba cęcinit, et percussa est tertia pars solis, et tertia pars stellarum, et tertia pars lunę, ut obscuraretur tertia pars eorum, et diei tertia pareret et noctis [Ap 8,12]. Similiter sol, luna et stellę Eccclesia est, cuius tertia pars percussa est. Tertia tantum nomenis <sup>87</sup> est in diuisione, non in quantitate. Iam supra diximus in toto mundo tres esse partes. De gentilitate unam <sup>88</sup>, quę <sup>89</sup> est foras Ecclesie, et in Ecclesia duas. Vnam bonam, et alteram sub christianitatis nomine malam, et ob hoc dicitur <sup>90</sup> tertia <sup>91</sup>. **Haęc** <sup>92</sup> duę partes in Eccclesia dies et nuncupantur et nox. Et dicta est tertia diei, et tertia noctis, quibus <sup>93</sup> dicitur. Nocti adsimilauit matrem uestram, quia sicut dies scientia est, ita et nox ignorantia. Ignorantia enim, mater est omnium errorum. Ad hoc ergo percussa est ut pareret tertia diei, et tertia noctis, que esset tertia Christi, et tertia diaboli. Non enim dixit percussa est et obscurata est, sed ut obscuraretur et pareret. Et quid est eius percussione uoluntas propria, quia non ut percussa est et paruit.

Sed ad hoc percussa est, id est suis uoluntatibus tradita. Omnis enim qui propriis uoluntatibus ducitur, [fol. 142v° b] quamquam recte agere uideatur, sine dubio ignorantia tenebrę nuncupatur.

Ecclesia enim propriam uoluntatem non facit, quę precepta magistri pcedentis cognouit, qui ait: Non ueni uoluntatem meam facere sed uoluntatem Eius qui misit me Patris. Sol, luna et stellę tertia pars eorum obscurata, quia qui Christum et Eccclesiam et sanctos pcedentes **patres non immitatur, percussa terrenis commodis quasi in diem obscurata** <sup>94</sup> manifestatur. Sol quippe in fulgure <sup>95</sup> est, et opus bonum in manifestatione [cf Gregorius Maximus, Moralia, 22,11].

Scriptum namque est: **Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, et glorificent patrem uestrum, qui in cęlis est** [Mt 5,16]. Et iterum: **Sint lumbi uestri pęcincti, et lucernę ardentis** [Lc 12,35]. Quod enim hoc loco sole id est Eęuangelio lucernis ardentibus designatur. Bonum quippe opus, cum in medio perfidorum lucet, lucerna sedet in noctem. Cum uero in Ecclesia resplendet, fulget in diem. Bonum opus, si adhuc tale est, quod soli mali mirantur, re uera lucerna in noctem. Si autem ita proficit aut mirari a bonis ac

83. tis écrit en interligne.

84. La seconde colonne du folio est restée vierge.

85. Initiale non ornée en partie rentrante sur trois lignes.

86. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

87. is final ajouté d'une encre noire et d'une autre main.

88. una corr. en unam par tilde à l'encre noire.

89. que corr. en quę.

90. dicuntur corr. en dicitur.

91. tercię corr. en tertia.

92. haec corr. en haęc.

93. cui corr. en quibus.

94. s ajouté en interligne.

95. fulgore corr. en fulgure par u suscrit sans suppression du o.

perfectioribus possit, nimirum solet in diem. Bonum opus cum per actiuam uitam corporis, lucet quasi lucernę more lumen ex testa resplendet<sup>96</sup>. Cum uero per solam uirtutem mentis in contemplationem attollitur, quasi more solis de cęlo ueniens iusta uidentur. Sunt uero [fol. 143 a] nonnulli qui cum bona aliqua faciunt, iniquitatum suarum statim obliuiscuntur, et cordis oculos in consideratione bonorum operum quę exhibent figunt, atque eos ętiam sanctos extimant, quę inter bona quę agunt malorum suorum in quibus et fortasse adhuc implicati sunt, memoriam declinant. Qui scilicet si distractionem iudicii uigilanter attenderent, plus de malis suis metuerent quam de imperfectis bonis exultarent. Plus inspicerent quod de his quę adhuc agendas debitores tenentur quam quod operantes quamdam<sup>97</sup> diuiti partem soluunt. Neque enim absolutus est debitor qui<sup>98</sup> multa reddit, sed qui omnia. Sunt enim nonnulli qui<sup>99</sup> in elationem corruunt quod per subtilem intelligentiam, uel quae non faciunt bona cognoscunt. Hii nimirum super multis diuitiis lętantur, cum quelibet summa intellegenda reperiunt, atque in ęlatione ipsis inuentibus corrumpuntur. Sunt uero nonnulli quos intelligentia quidem non ęleuat sed exhibita operatio exaltat, qui, dum actiones suas respitiunt, apud mentem suam sibi cęteros dedignando postponunt.

Hii uidelicet, etsi in multis diuitiis non gaudent, solem tamen fulgentem uident.

Et sunt nonnulli quos nec operatio propria extollit, sed cum laudari ab hominibus pro hac eadem bonam operationem cęperint, ipsi hominum fauoribus deuicti, magnos se quosdam in suam cogitationem conspitiunt ; atque a cordis custodia dissoluuntur. Hii profecto etsi fulgentem [fol. 143 b] solem uidere noluerunt, lunam tamen clarere indesinenter respitiunt. Quia inter huius uite tenebras dum in opinionis suę claritatem animum defigunt, humilitatis gratiam quasi ex nocturno lumine amittunt, et intuentes lunam se non uident, quia semedipsis nescire incipiunt, dum mentis oculos in transitorium fauore defigunt.

Quarto enim signo dicit percussam ut reuelaretur, quinto uero dicturus, modum ipsius reuelationis inparet terre, ut exinde cognoscatur qualis in toto orbe futura sit reuelatio.

**Et uidi et audiui unam aquilam uolantem in medio cęlo dicentem uocem magnam: Vę, uę, uę habitantibus in terram, de reliquis uocibus tubę trium angelorum qui tuba canituri sunt [Ap 8,13].** Aquilam, dicit ęcclesiam. Uolantem in medio cęli, id est in medio sui discurentem, et plagas nouissimis temporibus magna uoce praedicantem. **EXPLICIT QUARTA TUBA.**

#### **INCIPIT QUINTÆ TVBÆ<sup>100</sup> STORIA**

**Et<sup>101</sup> quintus angelus tuba cęcinit, et uidi stellam cęcidisse in terram et data<sup>102</sup> est ei clauis putei abyssi, et ascendit fumus de puteo, quasi fumus magne fornacis ; et obscuratus est sol, et luna, et aer de fumo putei. Et ex fumo putei exierunt locustę in terram, et data est eis potestas, sicut habent scorpii terre. Et dictum est eis ne lederent**

96. n gratté avant le t final.

97. quedam corr. en quamdam.

98. in gratté devant multa.

99. i écrit en interligne.

100. quinta tuba corr. en quintę tubę d'une entre noire.

101. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

102. datus corr. en data.

*fenum terre, neque omne uiride, [fol. 143v° a] neque omnem arborem, nisi homines qui non habent signum Dei in fronte sua. Et dictum est eis ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque, et cruciatus eorum, sicut cruciatus scorpii, cum percutit hominem. Et querent homines mortem et non inuenient*<sup>103</sup> *eam, et concupiscent mori, et mors fugiet ab eis [Ap 9,1-6]. EXPLICIT STORIA.*

[143v°] **Illustration : Rosace.**

**[Folio perdu :** *Un folio a été supprimé entre les fol. 143 et 144 : il devait comporter l'image de la Cinquième trompette (Ap. 9,1-6) et le texte suivant restitué d'après Sanders, p. 422-424] :*

EXPLANATIO

**6. 1** *Et quintus angelus tuba cecinit, et vidi stellam de caelo cecidisse in terra [Ap 9,1]. una stella corpus est multarum cadentium per peccata, sicut per Iob dicitur : obscurentur stellae caligine eius. stellae quippe huius noctis caligine tenebrantur, quando et hi, qui magnis iam virtutibus splendent, adhuc de obscuritate culpae aliquid retinentes sustinent. 2* sunt namque nonnulli, qui ante humanos oculos velut magnis operibus lucent ; sed quia haec ipsa opera a mundo corde non prodeunt, captivi in occultis cogitationibus noctis huius tenebris obscurantur. **3** quia saepe ea quae mundo corde non faciunt, etiam opera amittunt, quae bona intentione non faciunt, et per hoc magis caecantur opere per quo inluminari potuerunt. **4** quia ergo nox praevalere permittitur, quando et inter bona opera cordis intentio minime mundatur, dicatur recte : *obscurentur stellae caligine eius*, id est, contra eos qui ante humanos oculos quasi bonis operibus splendent, malitia antiqui hostis obscura praevaleat. **5** et hoc quod ante humana iudicia suberant lumen laudis deponant. caligine quippe noctis obscurantur, cum eorum vita aperto errore confunditur, ut nimirum tales etiam foras in actione appareant, quales apud semet ipsos intus divino parere iudicio non formidant.

**6** *Et data est ei clavis putei abyssi [Ap 9,1]. stella, abyssus, puteus, hi, quos supra diximus, unum sunt. abyssum dicimus esse secretam altitudinem cordis humani. ut quid intus lateat minime cognoscitur, nisi per ianuam linguae manifestetur. 7* sic David cum, ab inimicis ne comprimeretur, oravit, *ne contineat, inquit, super me puteus os suum. ergo stella cecidit de caelo in terra, et accepit clavem putei abyssi [Ap 9,1], id est, potestatem cordis sui, ut aperiat cor suum, in quo diabolus deligatus compescitur, et faciet voluntatem suam et diaboli. 8* *et aperuit puteum abyssi [Ap 9,2], id est, manifestavit cor suum sine ulla verecundia vel timore peccandi. et ascendit fumus de puteo quasi fumus magnae fornacis [Ap 9,2], id est, de populo ascendit, quia iam aperte contra ecclesiam in superbia surgit, ut praedicationem eius contemnat et obscuret, ita ut dicatur non esse, sicut dicit. et obscuratus est sol et aer de fumo putei [Ap 9,2]. 9* peccata enim multa, quae per orbem committuntur, obscurant praedicationem ecclesiae, per quo sol oritur in corde credentium, et faciunt quibusdam caecitatem. *sicut fumus, inquit, magnae fornacis [Ap 9,2]. fumus enim ignem praeiit ; et quid*

---

103. inuenit corr. en inuenient.

ignis, nisi homo peccati, filius perditionis, antichristus ? et quid fumus, nisi suos esse ministros ? **10** quia antequam ignis appareat, fumus tenebrarum eius oculos superbiorum caecat. iste enim fumus

[fol. 144 a] ignem præiit fornacis adest, nouissime probationis existat generalitate, et <sup>104</sup> transit a partem terrae, ubi ad ostendendum futuræ reuelationis modum, ex ipso fumo <sup>105</sup> aliquid iam foris exiit dicens : **Et de fumo putei exierunt locustæ in terram, et data est eis potestas sicut habent potestatem scorpiones** <sup>106</sup> terrae [Ap 9,3]. Locustæ pro mobilitate <sup>107</sup> leuitatis accipiendæ <sup>108</sup> sunt, tamquam uagæ et salientes animae, in saeculi uoluptates. Scorpio enim palpando incedit sed cauda ferit. Nec mordet a facie sed a <sup>109</sup> posterioribus. Scorpiones sunt homines blandi et malitiosi, qui bonis quidem in fatiem non resistunt, sed mox, ut recesserint, detrahent alios, et ut ualuerint inflammant. Quæque possunt noxia inmittunt, mortifera inferre occulte non cessant. Scorpiones ergo sunt qui blandi et sine nocibilitate in fatiem quasi uidentur, sed post dorsum portant unde uenenum fundant. Qui enim in occulte feriunt, quasi mortem absconse trahunt <sup>110</sup>. Vnde etiam per psalmistam dicitur : Circumdederunt me sicut apes fauum et exarserunt in me sicut ignis in spinis. Apes enim in ore mel habent, sed in aculeo <sup>111</sup> autem uulnus. Et omnis lingua quæ <sup>112</sup> blanditur, sed absconse ex malitia feriunt, apes sunt. Quia lo-[fol. 144 b]-quando dulcedinem mellis ponunt, sed occulte feriendo uulnus inferunt. Ista uero fatientes, exardescunt sicut ignis in spinis. Quia per flammas detrahentium <sup>113</sup>, non iustorum uita comburitur, sed si quid meis peccatorum uel uitiorum fuerint ut spinæ concremantur. **Et dictum est eis, ne ledant fenum terræ, neque omne uiride** [Ap 9,4]. Ostendit locustas homines esse, et datum est eis ne occiderent eos [Ap 9,5]. Unum est quidem omnibus uocabulum, non habentibus signum Dei in fronte sed duplex personæ.

**Duae** <sup>114</sup> partes ut diximus, sunt in Ecclesia. **Vna pars diaboli quæ more locustarum saltibus euolat, quæ** <sup>115</sup> se inanis gloriae suae uanis præsumptionibus exaltat. Altera pars est Christi, quæ <sup>115</sup> est Ecclesia in humiliatione tradita, ad cognitionem iusticiae Dei, et commemorationem penitentiae, sicut scriptum est : **Bonum michi est quod humiliasti me Domine, ut discam iustificationes tuas** [Ps 118,71].

**Sic in omnibus scriptum est, generale inuenitur esse uocabulum, et sententiæ qualitatem speciemque** <sup>116</sup> designare, sicut Dominus ait : **Non ueni uocare iustos sed peccatores** [Mt 9,13]. **Et propter peccatores, misterium** <sup>117</sup> eloquitur, ut <sup>118</sup>

104. et ajouté en interligne.

105. u final corr. en o.

106. scorpil corr. en scorpiones.

107. m final gratté.

108. da final corr. en dæ.

109. ad corr. en a.

110. h ajouté en interligne.

111. eculeo corr. en aculeo.

112. qui corr. en quæ.

113. h ajouté en interligne d'une encre noire.

114. duo corr. en duæ à l'encre noire

115. qui corr. en que.

116. que ajouté d'une encre noire.

117. misterii corr. en misterium.

118. nec corr. en ut.

conuersi curentur. Iterum scriptum est : Ego dixi dii estis, et filii excelsi omnes. Vos enim ut homines moriemini [Ps 81,6]. Nonne subau-[fol. 144v° a]-dimus ueluti homines ? Sed absit, ut omnes quidem dicantur dii ; sed non omnis qui dixit morituros. Sic et hoc loco *qui non habent signum Dei in frontibus suis* [Ap 9,4], generaliter omnibus dictum est. **Et dictum est eis, ne occiderent eos** [Ap 9,5]. Hoc specialiter dictum est, id est recordantium pars que ad penitentiam redet <sup>119</sup> et non interficitur a malis neque leditur spiritualiter, sed tantum in carne dolore lapsus et captiuitatis excruciatas, *datum est eis ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque* [Ap 9,5]. Menses, annos quinque et aliquando pro eloquendi modo quinque sensus corporis accipimus, qui <sup>120</sup> omnes in his periculis cruciantur, cum hinc inde caute circum inspiciuntur.

¶ *Et cruciatus eorum sicut cruciatus scorpiones* <sup>121</sup> *cum percutit hominem* [Ap 9,5]. Id est, in uitis uenena propinare. *Et querunt homines mortem, et non inuenient eam* [Ap 9,6]. Haec omnis generale est, querent mortem, id est requiem, querent penitere, et non possunt penitentiam repperire. Querent itaque mortem, sed mala sua <sup>122</sup> ut ipsi requiescant, dum in ea <sup>123</sup> mala moriuntur. **Et concupiscunt mori** [Ap 9,6]. Re uera mori concupiscunt ut uiuant Deo, sicut morimur saeculo, ut uiuamus Deo. Hanc querent mortem, sed differendo in crastinum non inueniunt eam ; sed concupiscunt mori, [fol. 144v° b] **Et mors fugiet ab eis**. Ostendit iteratum tempus huius calamitatis, quod est enim querent querendo et minime inueniendo.

EXPLICIT PVTEVS ABISSI.

**INCIPIT ADHVC DE IS LOCUSTIS** <sup>124</sup> ::

**E**t <sup>125</sup> *similitudinem locustarum similes equorum paratorum ad bellum, et supra capita eorum corone, similes auro. Et faties earum sicut faties hominum, et habebant capillos sicut capillos mulierum, et dentes earum sicut leonum erant. Et habebant pectora sicut loricas ferreas. et uox pennarum illarum sicut uox curruum equorum multorum currentium in bellum. Et habebant caudas similes scorpionis* <sup>126</sup>, *et aculeos in caudis earum, potestas earum ledendi homines, mensibus quinque. Et habent super se regem angelum abissi, nomen habet ebraice Abbaddon, grece Apollion, latine perdens. Ve unum habiit, ecce ueniunt duo ue postea* [Ap 9,7-12]. EXPLICIT STORIA.

[fol. 145] : Page blanche.

[fol. 145v°] **Illustration** : **Les locustes** (Ap 9, 7-12) :

Le démon domine six locustes à corps de quadrupède ailé ou de sauterelle à face humaine couronnée, dont la queue annelée terminée par une tête de serpent pique la tête d'hommes qui se tordent de douleur.

*Registre supérieur* : Entre le démon central et la locuste de gauche : ANGELUS PERDICONIS EIS IMPERAT.

119. reidit corr. en redet.

120. que corr. en qui.

121. scorpium corr. en scorpiones par surcharge et ajout de nes en interligne..

122. malum suum corr. en mala sua.

123. eis corr. en ea.

124. as locustas corr. en is locustis.

125. Initiale rehaussée de couleurs sur deux lignes.

126. scorpium corr. en scorpionis.

*Registre central* : Entre le démon et la locuste de droite : ET DATA EIS POTESTAS  
TENENDI HOMINES MENSIBUS QUINQUE.

Les autres registres n'ont pas d'inscription.

[fol. 146 a]

**INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE :**

**Et** <sup>127</sup> **similitudinem locustarum, similes equorum paratorum ad bellum** [Ap 9,7].

Id est similes nouissimorum persecutorum paratorum ad bellum. In nouissimo enim bello, quod descripturus est in sexta tuba, equos dicit pugnare, ipsis equis dixit similes has <sup>128</sup> locustas.

Ceterum quid similem in equis paratis ad bellum, quis umquam tales equos in bello paratos esse dixerit, nisi spiritualia sunt hec que in Ecclesia geruntur, et nisi a catholicis, ab imperitis non uidentur.

In his locustis ostendit quales adhuc futuri sint equi, qui pugnabunt solutis quattuor angelis in quatuor angulos terrae; sicut in sexto angelo inuenimus.

**Super capita inquit earum coronas similes auro** [Ap 9,7]. Quid in has coronas aureas intelligere debemus, nisi simulatio est christianitatis? Legimus seniores <sup>XX<sup>ti</sup>III<sup>or</sup></sup> <sup>129</sup>, qui sunt Ecclesie, coronas habere aureas, istas autem dicit, similes auro. Similes dicit, quia <sup>130</sup> aureas imitatione Aecclesie ostendunt, sed Aecclesia non sunt. **Et faties earum sicut faties hominum** [Ap 9,7]. In fatie cognitio intelligitur, faties hominum simulantur, quia quasi uno ore nobis Christum laudant. Nam homines dicuntur ratione capaces. Tales enim homines non sunt, in hoc si queras, et quid sunt, id est ad discurrendum malum parati. Sibi locuste sunt, id est in elatione huius saeculi, et uana [fol. 146 b] gloria leuitatis eluati. Si queris, homines sunt, quia ore profitentur <sup>131</sup> se nosse Deum, factis autem negant. Si pensas mulieres sunt, quia fluxam et effeminatam fortitudinem ostendunt. Si consideras, leones sunt, quia ad deuorandum innocentes fortes sunt. Si post tergum requiras, scorpiones sunt, quia in facie quasi homines blandiantur, post tergum uero per suos pseudoprophetas Ecclesiae <sup>132</sup> uulnus infigunt, et hoc esse non fatiunt, quia diabolus caput habent, a quo reguntur. Quia sicut Christus caput est bonorum, ita diabolus caput est omnium iniquorum. **Et habebant capillos sicut capillos mulierum** [Ap 9,8].

In capillos mulierum non solum fluxus et effeminatos, sed etiam utrumque sexum uoluit ostendere. **Et dentes earum sicut leonum erant** [Ap 9,8]; id est ad deuorandum fortes. **Et habebant corpora, sicut loricas ferreas** [Ap 9,9]. Id est pectora, uelut fortia et munita. et ad serpentem qui diabolus dicitur dictum est: Super pectus tuum et uentrem gradieris. In pectore superbia <sup>133</sup>. In uentre, luxuria uel uoracitatis ingluua <sup>134</sup>. **Et uox pennarum illarum sicut uox curruum multorum currentium in bellum** [Ap 9,9]. Id est strepitus discursionum illarum,

127. Initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur trois lignes.

128. h ajouté en interligne.

129. ti et or placés en interligne.

130. non gratté après quia.

131. profitentis corr. en profitentur.

132. a final corr. en æ.

133. Un lien ajouté entre superbia et In.

134. ingluuia corr. en ingluua.

sicut currentium in bellum, quod est discurrendum ad malum. **Et habebant caudas similes scorpionis** <sup>135</sup> **et aculeos in caudis earum, potestas** [fol. 146v° a] **earum ledendi homines, mensibus quinque** [Ap 9,10]. Caudas, praepositos malos dicit, id est episcopos. Sic enim Deus per Eysayam difiniri <sup>136</sup> dignatus est dicens : Senior, et qui admirantur personas, hoc est caput, et propheta <sup>137</sup> docens iniqua, hic est cauda.

Sed illic intestinos dixit, quos describit, id est intra Ecclesiam, sed iam in ipsa parte est que foris est, potestas enim locustarum in pseudoprophetis est externis apud nos, id est foras a nobis, et intra Ecclesiam per malos qui regalia militia sanctitatem simulant intra Ecclesiam, et a malis christianis freti, sine uerecundia securitatem eis procurant. **Et habebant** <sup>138</sup> **super se regem angelum abyssi** [Ap 9,11]. Id est diabolus, uel regem huius saeculi. Abyssus enim populus est, in quo diabolus in occulto cordis eorum ligatus tenetur. **Nomen habet ebrayce Abbaddon, grece Apollion, latine perdens. Ve unum habiit ; ecce ueniunt adhuc duo ue, postea** [Ap 9,11-12]. **EXPLICIT DE LOCUSTAS.**

**INCIPIT** <sup>139</sup> **SEXTA TVBA STORLÆ** <sup>140</sup>.

**Et** <sup>141</sup> **sextus angelus tuba cecinit. Et audiui unum ex quatuor cornibus, angelum are auree que est in conspectu Dei dicentem : sexto angelo, qui habet tubam. Solue quatuor angelos** [fol. 146v° b] **ligatos, in flumine magno Eufrate.**

*Et soluti sunt quattuor angeli.*

*Inchoata persecutio est parati in horam et diem, et mensem, et annum, ut occiderent tertiam partem hominum.*

*Et numerus inquit exercituum* <sup>142</sup>, *bis miriades miriadum ; audiui numerum eorum* <sup>143</sup> [Ap 9,13-16].

[fol. 147] **Illustration : Sixième trompette** (Ap 9, 13-16) :

*Angle supérieur gauche, dans une portion de cercle : Dieu en majesté dans un quart de cercle.*

*Registre supérieur sur fond rouge : Deux anges sonnans de la trompette de part et d'autre de l'autel : ARA AUREA.*

*Registre inférieur sur fond bleu : 4 anges debout, les pieds dans le fleuve : EUFRATES FLUMEN. QUATUOR ANGELI LIGATI IN FLUMINE EUFRATE.*

[147 a]

**INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE.**

**Et** <sup>144</sup> **sextus angelus tuba cecinit** [Ap 9,13]. De hinc incipit nouissima predicatio, tempore Antichristi. **Et audiui unum ex quattuor cornibus, angelorum are auree**

135. scorpis corr. en scorpionis.

136. difiniri corr. en difiniri.

137. m final gratté.

138. Tache sur et et ha.

139. Initiale non ornée rentrante.

140. storia corr. en storlæ à l'encre noire.

141. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

142. Un u ajouté en interligne.

143. Le reste de la colonne b est resté vierge.

144. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.



que est in conspectu Dei, dicentem sexto angelo qui habet tubam. Solue quattuor angelos ligatos in flumine magno Eufrate [Ap 9,14]. Eufrates enim fluuius est Babilonis. Babilon autem confusio interpretatur. Ergo Babilon [147 b] iste mundus dicitur, et fluuius Babilonis, populus istius mundi est, in quo<sup>145</sup> diabolus ligatus tenebatur. Quod autem dixit solue quattuor angelos ligatos trans flumen magnum Euphraten ? Ac si diceret, praedica in quattuor angulos terrae. Supra enim dixerat quattuor uentos, nunc dixit quattuor angelos. Hinc quoque ostendit uentos et angelos unum esse. Dixerat enim uentos teneri ab angelis, nunc uero dicit angelos [fol. 147v° a] solui ab angelo. Hoc totum una Ecclesia est, sed angelus unius cornu Ecclesie quæ est ara Dei aurea in conspectu Dei. In quattuor uentos terre quos imperio Dei iam solui oportere. Ex Africa enim manifestabitur omnem Aecclesiam, iste angelus quid<sup>146</sup> passa<sup>147</sup> sit, et quid omne pati oporteat. Cum quo sit genus nouissime persecutionis nec aliud<sup>148</sup> ab orbe sperandum, quam quod ipse Christus in exemplum passus est Deo prosperante manifestauerit, et docebitur Aecclesiam, imminentis aut iam presentis Antichristi regis superbia iussa contemnere et ab obtemperantibus discedere. Qui habes<sup>149</sup> inquit tubam, id est qui nunc praedicas, solue quattuor angelos ligatos in flumine magno Eufrate [Ap 9,14], quos dixerat in quattuor angulis terre, ut ostenderet Euphraten in omni terra esse. Flumen enim Euphraten populum<sup>150</sup> persecutorem in quo Satanas et propria uoluptas ligata est, ne fatiat modo Aecclesia quod magnopere desiderat. Quia Antichristi tempore iam solutus diabolus, per omnem mundum malum facere permittitur ; sicut per Ieremiam<sup>151</sup> Deus de isto Eufrate dicit : Dies illa Domino Deo nostro, dies ultionis ut ulciscatur inimicos suos, et deuorabit gladius et implebitur sanguine eorum, quoniam sacrificium Domino Sabaoth in terra Aquilonis, in flumine Eufrate. Sacrificium dicit, sed occi-[fol. 147v° b]-sionis et iugulationis, sicut de isdem fratribus, dicit per Esayam : Gladius Domini impletus est sanguine, incrassabit adipe ircorum et arietum, quia sacrificium Domini in Bosor, et iugulatio magna in Idumea. Bosor et Idumea, Esau ciuitates sunt. De Aquilone autem iam diximus : Et soluti sunt quattuor angeli. Hic iam inchoata<sup>152</sup> persecutione ; parati in horam et diem, et mensem, et annum, ut occiderent tertiam partem hominum [Ap 9,15]. Haec sunt quattuor tempora, id est triennium et menses sex. Parati autem dixit, quia ex quo<sup>153</sup> percussa est tertia pars solis, et lune et stellarum ad manifestandum que essent<sup>154</sup> tertia diei, et tertia noctis. Id est diem, Ecclesiam, noctem sinagogam, quæ cum malis in tenebris ambulat<sup>155</sup>. Sed tres partes dicuntur, una Christi, et duæ<sup>156</sup> Antichristi. Quæ inter se ad

---

145. qua corr. en quo d'une encre plus noire.

146. d final ajouté en interligne.

147. passus corr. en passa.

148. aliud corr. en aliud.

149. habet corr. en habes.

150. dixit gratté après populum.

151. Iheremiam corr. en Ieremiam.

152. ch écrit en noir à l'emplacement de lettres grattées.

153. qua corr. en quo.

154. n ajouté en interligne au-dessus de et.

155. n gratté devant le t final.

156. duas corr. en duæ.

bellum præparantur, propterea dixerat de locustis similes esse equis paratis ad bellum. Nunc autem dicat angelos solutos equos se dicit uidisse, id est homines et sessoros eorum demones. **Et numerus inquit exercituum** <sup>157</sup> **bis miriades miriadum; audiui numerum eorum** [Ap 9,16]. Miriades miriadum numerus grecus est; quod latine dicitur milia milium. Sed non dixit quot miriadum, *ut occiderent terciam partem hominum* [Ap 9,15]; hæc est tertia de qua separatur Ecclesia, ut manifestentur tres partes in omni terra. Vna foras Ecclesiæ, [fol. 148 a] id est gentilitas, et duæ <sup>158</sup> intra Ecclesiam.

Sanctos homines, et christianos malos.

Et ex duobus mixtis, quæ sit diei et quæ noctis, occidunt autem, qui sibi consentiunt.

EXPLICIT EXPLANATIO QVATTVOR ANGELORVM.

INCIPISTORIA EQVORVM.

**Et** <sup>159</sup> *uidi equos in uisione, et sedentes super eos habentes loricas igneas et iacinctinas* <sup>160</sup> *et sulfureas, et capita equorum erant sicut leonum, et ex ore eorum exiit ignis et fumus et sulfur. Ab his tribus plagis, occisa est tertia pars hominum, ex igne fumo et sulfure, quod exiit ex ore eorum.*

*Potestas enim equorum, in ore et in caudis eorum. Caudæ enim eorum similes serpentibus, habentes capita, et in his nocent. Et reliqui hominum qui non sunt occisi in his plagis, et non egerunt penitentiam a prioribus manuum suarum, ne adorarent demonia, et idola argentea et aurea et ærea et lapidea et lignea, quæ neque ambulare possunt, et non penituerunt ab homicidiis suis, neque ex uenefitiis suis, neque ex fornicatione sua, neque ex furtibus suis* [Ap 9,17-21]. FINIT <sup>161</sup>.

[fol. 148v<sup>o</sup>] **Illustration : Les Cavaliers de feu** (Ap 9, 17-21) :

*Registre supérieur, sur fond jaune* : Deux chevaux-lions se font face, crachant le feu, montés par des guerriers, leur queue mordant des hommes : VBI HABENT CAPITA SICUT LEONES ET IGNIS EXIT AB ORE EORUM.

*Registre central, sur fond vert foncé* : Scène identique : HI HABENT LORICAS IGNEAS ET IACINCTINAS ET SULPHUREAS.

*Registre inférieur sur fond rouge* : Des cadavres : UBI OCCISA EST TERCIA PARS HOMINUM.

[fol. 149 a]

INCIPISTORIA SVPRASCRIPTE STORIAE.

**Et** <sup>162</sup> *sic uidi equos in uisione, et sedentes super eos* [Ap 9,17]. Equi homines sunt, et sessoros spiritus demoniorum. **Habebant loricas igneas, et iacinctinas, et sulfureas** [Ap 9,17]. Id est armati igne, fumo, et sulfure preparati ad incendium future gehenne. **Et capita equorum, erant sicut leonum** [Ap 9,17]. Supra dixerat locustas similes aequorum paratorum ad bellum, et faties hominum et caudas scorpionum. Nunc uero dicit equos se uidisse et sedentes super eos et capita

157. Un premier u ajouté en interligne d'une encre noire.

158. duas corr. en duæ.

159. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.

160. igneas gratté après iacinctinas.

161. La colonne b a été laissée vierge.

162. Initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur deux lignes.

leonum, et caudas serpentium, paratos ad incendium. Hęc totum unum est, et unam rem dissimiliter descripsit. Non enim in equos armatos, umquam tale uidimus, ut cognoscas homines esse, innumera mala facientes. **Et ex ore eorum exiit ignis, fumus, et sulfur** [Ap 9,17]. Ostendit, quia pro fumo iacinctum dixerat. Non perspicue ista exeunt ex ore eorum, sed uerba ipsorum sunt hominum, pro hoc dixit ignis, fumus, et sulfur. Sicut illis alio loco promittitur: **Qui adorat bestiam, punietur. Et ignis, fumus, et sulphur, de tormentis eorum, et in saecula saeculorum ascendet.**

**Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, ex igne fumo et sulfure, quod exiit ex ore eorum** [Ap 9,18]. Verbis ergo capitum, id est principium eorum, is plagis <sup>163</sup> in ęternum incurrunt. **Potes-[fol. 149 b]-tas enim equorum in ore, et in caudis eorum** [Ap 9,19]. Id est, in sermone opere et offitio. Caudas enim, praepositos, id est ępiscopos diximus, qui sunt pseudoprophete. **Caudę <sup>164</sup> enim eorum, similes serpentibus, habentes capita** [Ap 9,19].

In capitibus <sup>165</sup>, principes mundi esse dicimus. **Et in his nocent** [Ap 9,19]. Sine eis enim, prepositi mali intra ęcclesiam nocere non possunt. Dicit et terciam, gentilium. Nemo putet ut gentiles illo tempore sanctos ad suis <sup>166</sup> legitimis transferri, et omne hominum genus non diuersis supersticionibus, sed hoc intra ęcclesiam dicitur, sub christianitatis nomine contra ęcclesiam <sup>167</sup> diabolo deseuire <sup>168</sup>. **Et reliqui inquit homines, qui non sunt occisi in his plagis** [Ap 9,20]. Sed quid profuit non esse occisos in his plagis, cum dicat: **Et non egerunt penitentiam pro operibus manuum suarum, ne adorent demonia, et idola aurea, et argentea, et ęrea, et ferrea, et lignea, atque lapidea, que neque uidere possunt, nec audire, neque ambulare, et non penituerunt ab omicidiis suis, neque ex uenefitiis suis, neque ex fornicatione sua, neque ex furtibus suis** [Ap 9,20-21]. Hoc totum intra ęcclesiam est sub nomine christianitatis, spiritualis idolatria est. Sic enim in Daniele legimus in uasis aureis Domini bibisse, et hos <sup>169</sup> deos supradictos laudasse. Quanta [fol. 149v<sup>o</sup> a] stultitia in aureis uasis bibentes, deos ligneos et lapideos laudabant. Quamdiu uasa fuerunt in idola Babilonis et non bibebant <sup>170</sup> in eis, non est iratus Dominus. Videbantur enim rem Dei secundum prauam quidem opinionem tamen diuino cultui consecrasse. Postquam autem humanis usibus Domini uasa contaminant, statim pena post sacrilegium incurrunt. Laudant autem deos suos insultantes Deo Iudeorum, quod illis uictoriam tribuentibus bibebant in uasis eius. Quid est hoc nisi intra ęcclesiam? Babilonia est mundus iste. Vasa Domini sunt sacramenta Aecclesię. Id est babtisma, sacratio, Lex et Euangelium, simbolum et oratio dominica, amen et alleluia. Iuxta trophologiam hoc dicendum est, quod homines heretici, et doctrine contrarii <sup>171</sup> ueritatis <sup>172</sup> qui <sup>173</sup> assument <sup>174</sup> uerba prophetarum et

---

163. as plagas corr. en is plagis.

164. caudas corr. en caudę.

165. capita corr. en capitibus.

166. suos corr. en suis.

167. e final corr. en am.

168. deseruire corr. en deseuire.

169. h ajoutę en interligne.

170. bibant corr. en bibebant par ajout de be en interligne.

171. Le dernier i ajoutę ę l'emplacement de lettres grattęes.

172. s final ajoutę d'une encre plus noire.

testimoniis diuinae scripturę abutitur <sup>175</sup>, ad sensum suum et dant <sup>176</sup> bibere his quos decipiunt <sup>177</sup> et cum quibus fornicati sunt <sup>178</sup>.

Tollat uasa templi Dei, et inebriatur in eis, et non Deum, cuius uasa sunt, sed deos laudet aureos, argenteos, ęreos, ferreos, ligneos et lapideos. Aurei michi uidentur dii qui seculari oratione compositi sunt. Argentei sunt, qui habent ęloquii uenustatem, et rethorica arte constricti sunt. Qui autem inferunt fabulas poetarum, [fol. 149v° b] et uetustis utuntur traditionibus, habentes inter se multa, uel elegantiam, uel stulticiam differentiam, isti uocantur ęrei, et ferrei. Qui autem pęnitus inepta <sup>179</sup> proponunt, lignei appellantur, uel lapidei, quos omnes in duas partes deuterio nominum diuidit scribens : Maledictus omnis qui facit sculptile et conflatile opus manuum artificis et ponit illud <sup>180</sup> in abscondito. Abscondunt enim omnes hęretici et operiunt mendaciorum suorum dogmata ut sagittent in obscuro rectos corde. Neque enim in illa persecutione cogentur gentiles supradictis consentire, sed in sua incredulitate morientur. Descripto nouissimo certamine et gentium mortem, continuo praetermisit solito <sup>181</sup> more septimum angelum, in quo est nouissimum certamen et Domini manifestus aduentus. Et recapitulato <sup>182</sup> tempore tanti modi <sup>183</sup> futurae pacis usque ad finem. Et statim dicit finem ordinis, quem pętermiserat, et ueluti duos fines uidebitur fecisse. Meminerimus itaque cum recapitulatione ad finem usque perduxerit, deberi finem ordinem concludi <sup>184</sup>. In hanc enim recapitulationem praeter solitum fecit ambas narrationes, non uno fine claudendo. Describit enim praedicationem futurę pacis, qualiter sit aperta uel fortis quam terra marique perspicua, id est clara.

EXPLICIT EXPLANATIO EQVAORUM.

**INCIPIT STORIA ANGELI FORTIS.** [fol. 150 a]

**E**t <sup>185</sup> uidi alium angelum fortem descendentem de cęlo nube amictum, et iris super caput eius, et faties eius sicut sol, et pedes eius sicut columna ignis, et habebat in manu sua librum apertum ; et posuit pedem suum dextrum supra mare, sinistrum autem super terram. Et clamauit uoce magna sicut leo fremens. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua uoces suas. Et cum locuta fuissent septem tonitrua, eram scripturus. Et audiui uocem de cęlo dicentem : Signa que locuta sunt septem tonitrua et ne ea scripseris. Et angelum quem uidi stantem supra mare et super terram sustulit manum suam dextram in cęlum, et iurauit per Viuentem in saecula saeculorum amen. Qui creauit cęlum et que in eo, et terram et que in ea, et mare et que in eo, quoniam tempus iam non erit, sed in

173. que corr. en qui.

174. ad initial corr. en as.

175. Quelques lettres grattées et uti réécrit à l'encre noire

176. da corr. en dant par ajout de nt en interligne..

177. un ajouté en interligne.

178. fornicatus est corr. en fornicati sunt.

179. inebta corr. en inepta.

180. illut corr. en illud.

181. o final écrit à l'emplacement d'une lettre grattée.

182. o final écrit à l'emplacement d'une lettre grattée et souligné par un trait de liaison courbe

183. o final corr. en i.

184. concisi corr. en concludi.

185. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

diebus uocis septimi angeli cum ceperit tuba canere. Et consummatum est misterium Dei, ut euangelizauit per suos prophetas. Et uocem audiui de celo, iterum loquentem mecum et dicentem : Vade, accipe librum apertum, qui est in manu stantis supra mare et supra terram. Et habii ad angelum dicens ut daret michi librum. Et dicit michi : Accipe et comede illum, et amaritudinem uentri tuo fatiet, sed in ore tuo erit dulce sicut mel.

Et accepi librum de manu angeli, et comedi illum. Et fuit in ore meo sicut mel dulce. Et cum commedissem eum, repletus est uenter meus amaritudine. Et dicit [fol. 150 b] michi. Oportet te iterum praedicare populis et linguis et gentibus et regibus multis. Et datus est michi arundo similis uirge, et stabat angelus dicens michi : Surge et metire templum Dei et altare et adorantes in eo. Et atrium quod est foris templum exclude foras, et ne eum mensus fueris, quoniam datum est inquit gentibus ciuitatem sanctam, et calcarunt mensibus quadraginta duobus [Ap 10,1-11,2]. **EXPLICIT STORIA.**

[fol. 150v°] **Illustration : Le petit livre amer et Jean mesurant le Temple** (Ap 10, 1-11, 11, 1-2) :

Registre supérieur, sur fond rouge : à gauche : L'ange bénit Jean et lui remet le Livre : UBI IOHANNES LIBRUM ACCEPIT. Plus bas : UBI ANGELUS AMICTUS NUBE POSUIT PEDEM SUUM DEXTRUM SUPER MARE, SINISTRUM AUTEM SUPER TERRAM ET SUSTULIT MANUM SUAM IN CEŁUM ET IURAUIT QUONIAM TEMPUS IAM NON ERIT.

à droite : un autre ange donne à Jean une perche à mesurer : UBI IOHANNES AB ANGELO ACCEPIT ARUNDINEM.

Registre inférieur : au centre, sous une arcade à fond vert foncé : Jean mesure au-dessus de l'autel : UBI IOHANNES METIT TEMPLUM ET ALTARE ET ADORANTES IN EO. au-dessus de l'autel : ARA AUREA.

À gauche, dans une niche à fond rouge : ATRIUM QUOD EST FORIS TEMPLUM NON METTITUR IOHANNES QUIA DATUM EST GENTIBUS.

À droite, dans une niche, trois personnages prosternés : HI SUNT ADORANTES.

[fol. 151 a] :

**INCIPIIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTAE STORIAE :**

**Et** <sup>186</sup> uidi inquit alium angelum fortem descendentem de celo, nube amictum [Ap 10,1]. Dominus est amictus Aecclesia <sup>187</sup> semper a Deo de Ecclesia nascens. Diuersis autem modis, describitur intus Aecclesia. Nunc sicut in initio libri huius legimus nube candida, sicut per Danielelem. Nunc nubem legimus autem sanctos. Nube sicut per Esayam : Qui sunt isti qui ut nubes uolant, induti <sup>188</sup> itaque nube spirituali et sancto corpore. **Et iris super caput eius** [Ap 10,1]. Yris, promissio perseuerantię est. Ecclesiam enim describit in Domino. **Et faties eius sicut sol, et pedes eius sicut columnę ignis** [Ap 10,1]. Magna hic ratio, et admirabilis questio. In initio libri dixit, prius pedes ignitos, et postea fatiem lucere, ut ostenderet in hoc mundo ignitos in passione, et fulgere in resurrectione. Nunc autem primum dicit fatiem lucere et pedes ut columna ignis, ut ostenderet quanta claritas sit Ecclesię <sup>189</sup> per passionem. **Et habebat in manu sua librum apertum** [Ap 10,2]. Merito faties eius sicut sol, quoniam apertum iam librum quid futurum est agnoscet. Per librum enim, scripturę sacrę paginę designantur. Liber autem

186. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

187. m final gratté.

188. indutus corr. en induti.

189. a corr. en æ à l'encre noire.

inuolutus est scripturę eloquium obscurum, qui profunditatem sententiarum inuoluitur, ut non facile sensus <sup>190</sup> hominum penetretur. Qui antea inuolutus erat expanditur, [fol. 151 b] quia coram praedicatoribus sacri eloquii obscuritas aperitur. Vnde scriptum est : Extendens cęlum sicut pellem, qui tegit <sup>191</sup> aquis superiora eius.

Quid enim cęli nomine, nisi sacre scripturę signatur ? De qua nobis et sol sapientiae, et luna scientiae.

Et ex antiquis patribus stelle exemplorum atque uirtutum, lucent. Quod sicut pellis extenditur, quia per scriptores suos carnis lingua formatur, cum ante oculos nostros per uerba doctorum exponendo displicatur. Quid uero aquarum nomine, nisi angeli de quibus scriptum est ? Aque quę super celos sunt laudent nomen Domini. Huius ergo celi superiora Dominus <sup>192</sup> aquis tegit, quia alta sacri eloquii, id est ea quę de natura diuinitatis uel ęternis gaudiis narrat nobis adhuc nescientibus, solis angelis in secreto sunt cognita. Cęlum ergo hoc et coram nobis extenditur, et tamen <sup>192</sup> aquis superiora illius conteguntur. Quia et quedam sacri eloquii iam nobis per apertionem spiritus patent, et quedam solis angelis possunt esse manifesta, nobis adhuc seruantur occulta. **Et posuit pedem suum dextrum supra mare, sinistrum autem super terram** [Ap 10,2]. Id est ad praedicandum.

Dextrum autem in mare posuit, id est [fol. 151v° a] fortia membra, in maioribus periculis. Sinistrum uero in competentibus. **Et clamauit uoce magna, sicut leo fremuit** [Ap 10,3]. Id est, fortiter predicauit. **Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua uoces suas** [Ap 10,3]. Septem tonitrua septem ęcclesie sunt, quod est una. Quid enim amplius loqueretur Aecclesia quam uoces suas ? Angelo locuto, audita sunt septem tonitrua, quę sunt septem tube. **Et cum locuta fuissent septem tonitrua, eram scripturus. Et audiui uocem de cęlo, dicentem michi : Signa quę locuta sunt septem tonitrua, et ne ea scripseris** [Ap 10,4]. Ea enim uerba que audit dictum est illi, ne sicut audiuit scriberet, sed aliter per allegoriam, id est per similitudinem, ne sine sigillo scripta omnibus intelligerentur <sup>193</sup>. Itaque dixit : **Signa et ne ea scripseris**. Quomodo dixit signa, si non erat quod signaret ?

Sufficiebat enim dicere noli scribere, sed iussit ne sicut uolebat, ne sine sigillo scriberet, propter brutos et insensatos. Alio denique loco, propter iustos *ne signaueris*, dixit *uerba prophetiae huius*. **Quia tempus in proximo est** [Ap 22,10]. Hic ostendit <sup>194</sup> duos id est bonos et malos quibus signari iusserat, et quibus non. **Qui perseuerauerit inquit nocere noceat, et qui in sordibus est sordescat adhuc** [Ap 22,11]. Hoc est propterea in allegoriam, id est in similitudinem, loquor illis, ut iustus [fol. 151v° b] perseueret in patientia usque in finem, ut habeat unde coronetur, et iniquus perseueret in malitia usque in finem, ut habeat unde damnetur. **Et qui iustus est iustificetur adhuc, similiter <sup>195</sup> et sanctus sanctior fiet adhuc** [Ap 22,11]. Hoc est uestri autem felices oculi, quoniam uident, et aures, quoniam audient. Hic aures et oculos cordis dicit, non corporis. Et Daniel hanc fecit futurę pacis inter fratres sensus diuisionem. Clude inquit sermonem, et

190. sensum *corr. en* sensus.

191. in *gratté* après tegit.

192. in *gratté* avant aquis.

193. *intellegerentur corr. en* intelligerentur.

194. de *gratté* devant duos.

195. *Deux lettres grattées* devant similiter.

signa librum consumationis et tempus. Sed quibus obsignatus sit, ita dicit : Delinquant iniusti, nec recogitent omnes iniqui et peccatores, intellectores intelligant<sup>196</sup>, intelligentes<sup>196</sup> fulgebunt, quasi splendor firmamenti, et de iustis plurimi quasi stellę in perpetuum et ultra. Solent nonnulli querere utrum doctus sanctus et simplex sanctus eamdem mercedem habeant, et unam in cęlestibus mansionem. Vnde nunc iuxta Teodotionem dicitur, quod docti similitudinem caeli obtinebunt, et iusti absque doctrina<sup>197</sup> stellarum glorię conparentur.

Tantumque sit inter ęruditam<sup>198</sup> sanctitatem et sanctam rusticitatem, quantum cęlum distat a<sup>199</sup> stellis<sup>200</sup>. Quod autem dixit clude sermonem, et signa librum, praecepit ut inuoluat sermones, et signet librum, et legant plurimi et querant storię ueritatem, et propter obscuritatis magnitudinem, diuersa suspicentur. Librum autem istum potest soluere, qui scripturarum sacramenta cognouit et intelligit, et uerba tenebrosa propter [fol. 152 a] misteriorum magnitudinem, et interpretatur parabolas, et occidentem litteram transferat ad Spiritum uiuificantem.

**Et angelum quem<sup>201</sup> uidi stantem supra mare et super terram, sustulit manum suam dextram in cęlum, et iurauit per uiuentem in saecula saeculorum amen, qui creauit celum et que in eo et terram et que in ea et mare et que in eo, quoniam tempus iam non erit, sed in diebus uocis septimi angeli, cum cęperit tuba canere [Ap 10,5-7]. Septima tuba, finis est persecutionis et aduentus Domini. Propterea dixit apostolus in nouissima tuba fieri resurrectionem. Tempore enim future pacis adfirmavit Aecclesiam, iam non esse tempus ęcclesię nisi purgationis, quam purgabit nouissima persecutione Antichristi usque ad septimam tubam. Et consummatum est misterium Dei sicut ęuangelizauit per suos prophetas. Et uocem audiui de caelo iterum loquentem mecum et dicentem : Vade, accipe librum<sup>202</sup> apertum, qui est in manu angeli stantis supra mare, et supra terram [Ap 10,7-8]. Vox e cęlo imperium Dei est, qui ęcclesię cor tangit et iubebit percipere quam<sup>203</sup> Aecclesię<sup>204</sup> futuram pacem aperto libro predicauit. Et habiit ad angelum dicens ut daret michi librum [Ap 10,9]. Admonuit Aecclesiam quam<sup>205</sup> desiderat perdocer. Et dicit michi : Accipe et comede illum [Ap 10,9]. In secretis uisceribus et describe in latitudine cordis tui. [fol. 152 b] Hunc librum accipimus, cum iam recta opera facere desideramus. Aperimus os nostrum, et librum comedimus, cum recta loquimur, mandimus et traicimus que a Deo accepimus, quia et tribuitur et augetur in nostris sensibus cibus uite spiritualis, cum pędicare coeperimus. Vnde propheta alius dicit : Os meum aperui, et adtraxit spiritum. Non enim spiritum adtraheret, nisi os aperiret. Quia nisi ad praedicandum proximis se inpenderet, spiritualis doctrinę in eo gratia<sup>206</sup> non**

---

196. *intelle corr. en intelli.*

197. *Tilde effacé sur le a final.*

198. *m final gratté et remplacé par un tilde.*

199. *a ajouté en interligne.*

200. *stellę corr. en stellis.*

201. *quam corr. en quem.*

202. *qui exponctué gratté après librum.*

203. *que corr. en quam.*

204. *a final corr. en æ.*

205. *quem corr. en quam.*

206. *m final gratté.*

creuisset. **Et amaritudinem uentri** <sup>207</sup> **tuo faciet, in ore tuo erit dulcis ut mel** [Ap 10,9]. Quia spiritus ideo omnipotentis Domini sciunt suauiter loqui, qui hunc Deum didicerint in cordis sui uisceribus ueraciter amare. In eius quippe ore, scriptura sacra dulcis est, cuius uita uiscera comedentis illius replentur. Quia ei suauis est ad loquendum, qui interius inpressa ad bidendum fuerit. Nam sermo dulcedinem non habet, quem uita reprobata intra conscientiam mordet. Vnde necesse est ut qui uerbum Dei loquitur <sup>208</sup>, prius studeat qualiter uiuat, et haec uita colligat, que et qualiter dicat. Ad praedicandum namque plus conscientia <sup>209</sup> sancti amoris edificat quam ostensio sermonis. Qui amando celestia intra semetipsum praedicator legit, quomodo persuadeat ut displici debeat terrenae. Qui enim uitam [fol. 152v° a] suam interius pensat, exemplo suo foris admonendo alios edificat, quasi in corde lingue calamus intingit, in eo quod manu uerbi proximis exterius scribit. Hic liber amaritudinem uentri tuo fatiet, cum praedicare et operari ceperis, quod intellexeris. **Et accepi librum de manu angeli, et comedi eum, et fuit in ore meo sicut mel dulce. Et cum comedissem eum, repletus est uenter meus amaritudine, et dicit michi : Oportet te iterum predicare** [Ap 10,10-11].

Aperte ostendit angelum corpus esse dum de uno dicit : inquit michi oportet te iterum predicare. Numquid Aecclesia aliquando cessabit a praedicatione, ut iterum oportet te predicare audiret, sed quia tempus describit quod post africanas persecutiones futurum est, ut ostenderet eius modi esse nouissimam praedicationem et reparationem certaminis ? proinde dixit iterum. Et quia postea non in Africa tantum eidem generi <sup>210</sup>, sed <sup>211</sup> omni mundo praedicaui Ecclesia, propterea adiecit : **populis** <sup>212</sup>, **et linguis, et gentibus et regibus multis** [Ap 10,11]. Vna est Aecclesia in toto orbe, que praedicat in Africa ; ipsa ubique similiter praedicaui. Propterea ueluti Affricane dixit : *oportet te iterum predicare* [Ap 10,11]. **Et data est michi arundo similis uirge, et stabat angelus, dicens michi : Surge** [fol. 152v° b] **et metire templum Dei et altare, et adorantes in eo** [Ap 11,1]. *Surge* quod dicit, excitatio est Aecclesie ut in contemplationem persistat. Non enim hec Iohannes sedebundus audiebat. Mensura autem Filii Dei mandatum Domini nostri Patrem confiteri omnipotentem dicimus, et huius Christum ante originem saeculi spiritualem apud Patrem genitum, hominem factum, et, morte deuicta, in celis in corpore a Patre receptum, effudisse Spiritus Sancti donum et pignus immortalitatis ; hunc per prophetas praedicatum, hunc per Legem conscriptum, hunc esse manum Dei et Verbum Patris et conditorem orbis. Hec est arundo, mensura fidei, et nemo adoratur aram sanctam, nisi qui hanc fidem confitetur, quia non omnes qui uident illum <sup>213</sup> adorant. **Et atrium quod est a foris templi, exclude foras, et ne eum mensus fueris** [Ap 11,2]. Atrium enim quod est ad ianuam templi, et uidetur ad templum pertinere, templum tamen non est, quia <sup>214</sup> ad sancta sanctorum non pertinet. Ipsi sunt qui Ecclesie esse uidentur, et

207. uentre *corr. en uentri à l'encre noire.*

208. *i écrit en interligne.*

209. *m final gratté.*

210. eodem genere *corr. en eidem generi.*

211. *in gratté devant omni.*

212. *in gratté devant populus.*

213. uidentur in illo *corr. en uident, illum.*

214. quoniam *corr. en quia.*



foris sunt <sup>215</sup> ; atrium quod <sup>216</sup> dicitur uacuum <sup>217</sup> inter parietes erat. Hos tales non necessarios eici iussit de Aecclesia. **Quoniam datum est inquit gentibus, calcare ciuitatem sanctam, et calcabunt eam** <sup>218</sup> **mensibus quadraginta duobus** [Ap 11,2]. Qui excluduntur et quibus dabuntur, utrique calcabunt Eecclesiam, id est homines huius mundi mali.

[fol. 153 a]

EXPLICIT STORIA ANGELI FORTIS.

**INCIPIT STORIA EȚIË ET HENOC** <sup>219</sup> **SIVE LEGIS ET EȚANGELIUM.**

**E**t <sup>220</sup> *dabo duobus testibus meis, et prophetabunt dies mille ducentis nonaginta, amicti ciliciis. Hii sunt duę oliuę et duo candelabra, quę in conspectu Domini terrae stant. Et si quis eos uult ledere, ignis exiet ex ore eorum, et deuorabit inimicos* [fol. 153 b] *eorum. Et si quis uoluerit eos ledere, sic eum oportet occidi. Hii habent potestatem claudere celum, ne imbrem pluatur in diebus prophetię eorum.*

*Et habent potestatem in aquas uertere eas in sanguinem, et percutere terram omni plaga, quotiescumque uoluerint testimonium sunt et uincet eos, et occidet eos et corpus eorum in platea ciuitatis magne proicientur* [Ap 11,3-8]. **FINIS STORIA EIVSDEM PICTVRĚ.**

[153] : **Illustration : Les deux Témoins** (Ap 11, 3-8a) :

Les deux témoins nimbés montrent le Livre qu'ils tiennent dans leur main gauche voilée.

[fol. 153v° a]

**INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE :**

**Et dabo duobus testibus meis et prophetabunt diebus** <sup>221</sup> **mille ducentis nonaginta** [Ap 11,3]. **Hii** dies mille ducenti <sup>222</sup> nonaginta anni sunt tres et menses sex. **Hoc** erit praedicatio EȚię, et regnum Antichristi alterum tantum, quod fiunt sub uno septem anni. Cęterum uero, spiritualiter in Aecclesia duo testes duo sunt testamenta, id est Lex et EȚangelium. **A** Domini enim passione usque ad Antichristum, annos tres ponimus et menses sex. Isti sunt quadraginta duos menses, id est tres anni et dimidium, uel trecenti quinquaginta, unus enim mensis, centum menses sunt, per denarium numerum. **Quadragies** bis menses sunt, qui sunt centum uiginti sex milia dies. **Anni** trecenti quinquaginta, et in uno die centum dies. **Nam** centies mille ducenti nonaginta, centum uiginti sex milia dies sunt, qui sunt similiter trecenti quinquaginta anni. **Haec** omne tempus est a passione Domini, usque ad Antichristum. Et nunc spiritualiter in tippo EȚię, et qui cum eo uenerat, duo testes, id est Lex et EȚangelium, ab eis occiditur, a quibus non obseruatur. **Hii** sunt duo testes, id est Aecclesia duobus testamentis

215. aula gratté après sunt.

216. quod ajouté en interligne.

217. uacua corr. en uacuum.

218. eam ajouté en interligne d'une encre rouge.

219. henoc écrit d'une autre main en fin de ligne remplaçant le nom de Jérémie, gratté au début de la ligne suivante.

220. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.

221. dies corr. en diebus.

222. s final gratté.

prophetans. Qui sunt enim testes Domini, nisi christiani, qui <sup>223</sup> graecę dicuntur martires ? hoc latine testes, quia in pas-[fol. 153v° b]-sione testimonium Christi reddunt. Non dixit fatiam michi testes quasimodo non sint, sed dabo duobus testibus meis, hic presentibus dicit <sup>224</sup> Legi et Eūangelio <sup>225</sup>. Nouissima etiam persecutio <sup>226</sup> Antichristi, totidem dies habet ; et qui nunc spiritualiter Aecclesiam ledit, iam tunc aperte deustabit. Et Elijam et qui cum eo uenturus est perspicuae occidebit, quod nunc duo testes spiritualiter occidit. **Amicti inquit ciliciis** [Ap 11,3]. Quod est in exomologesin, id est in confessione penitentiae constituti, quia quibus predicantur qui eos audire uolunt, confestim ad penitentiam conuertuntur. **Hii sunt due oliue et duo candelabra, qui in conspectu Domini terrae stant** [Ap 11,4]. Hii sunt inquit qui stant, quod nunc est in predicatione, quod duo candelabra Aecclesia est. Sed quia per Legem et Eūangelium stat, proinde dixit duo. Sicut a quattuor angelis <sup>227</sup> et a quattuor uentis <sup>227</sup>, unam dixit Eecclesiam, cum sint septem Eecclesiae quod est una, ita et septem candelabris in unum uel amplius pro locis nomen est ; hoc <sup>228</sup> totum una Eecclesia est. Nam Zaccarias propheta unum candelabrum uidit septiformem, et duas oliuas, id est duo testamenta infundere oleum candelabro. Haec est Aecclesia, cum oleo suo indeficiente. Quod eam facit in lumine orbis ardere, sic ergo dicit Zaccarias : Excitauit me quemadmodum excitatur homo a somno suo ; et ait michi : Quid tu uides ? Et dixi : Vidi, et ecce candelabrum aureum <sup>229</sup> totum lampadum super eum, et septem [fol. 154 a] lucerne super eum, et septem infusoria lucernis que sunt super eum. Et due oliue super eum, una a dextris lampadibus, et una ad sinistris. Et interroganti quidnam esset ? Respondit angelus dicens : Septem hii oculi Domini sunt, qui inspiciunt super omnem terram. Oculos septiformis gratia Spiritus legimus, qui sunt in Eecclesia, inspicientes totam corporis omnis terram. Et due oliue <sup>230</sup> que <sup>231</sup> sunt duo testamenta, interrogantis sic, ait : **Hii duo filii pinguedinis, adsunt Domino totius terre. Et si quis eos uult ledere, ignis exiet ex ore eorum, et deuorabit inimicos eorum.**

**Et si quis uoluerit ledere, sic eum oportet occidi** [Ap 11,5]. Ignis, uerbum predicationis est. Si quis enim Aecclesiam ledit aut ledet, precibus oris eius diuino igne consummetur. **Hii habent potestatem claudere celum ne ymbrem pluuat, in diebus prophetie eorum** [Ap 11,6]. Celum Aecclesia est. Pluuia uero, uerba praedicationis. Habent potestatem claudere celum, id est ligandi, ut qui Eecclesiam persequitur, facit ut benedictio Aecclesie super eum non descendat. **Et habent potestatem aquas uertere eas in sanguine, et percutere terram omni plaga, quotienscumque uoluerint** [Ap 11,6]. Aque populi sunt. Aquas uertentur in sanguine, id est documenta philosophorum, carnaliter intelligentes <sup>232</sup>, ubi eos Aecclesia conspexerit, correptionibus arguit. Haec omnia que Deus Ecclesiae

---

223. quod *corr. en* qui.

224. dixit *corr. en* dicit.

225. o *final grossièrement écrit sur des lettres grattées.*

226. nem *gratté à la fin du mot.*

227. os *final corr. en* is.

228. o *écrit sur deux lettres grattées.*

229. Un mot *gratté devant* totum.

230. oliuis *corr. en* oliue.

231. quod *corr. en* que.

232. intellegentes *corr. en* intelligentes.

uirtutibus adscribit, [fol. 154 b] data omni potestate in celo et in terra Filio<sup>233</sup> hominis, quem indutus est Dominus, cuius caput est Deus, et hanc potestate[m]<sup>234</sup> quam habet dedit suę Eclesię, ut spiritualiter claudat celum ne ymbrem pluatur<sup>235</sup>, id est ne in homine maligno intret sapientia. Sicut de parte uineę suę dicit: nubibus mandabo, ne pluant super ea. Et non solum aquas suspendunt, sed aetiam quae descenderant, inutiles fatiunt. Facit ergo Christus et episcopos et Aecclesiam quod uult, cum operetur omnia in omnibus, unus atque idem Deus. *Haec est testimonium [Ap 11,7] quod peribet Aecclesia, usque ad reuelationem bestię, ut aperte totidem diebus quibus retro occidet testes bestiae. Vt sicut spiritualiter occidit duo testamenta, ita carnaliter cum solutus fuerit diabolus, ut in Antichristo regnet, occidet duos testes, id est Elijam, et qui cum eo uenturus est.*

Multi putant cum Elijam esse Eliseum aut Moysen, sed utrique mortui sunt. Hieremiae mors non inuenitur, per quem omnes<sup>236</sup> ueteres nostri, tradiderunt esse illum Iheremiam. Nam et ipsud uerbum quod factum est ad eum testificatur, dicens ei: Priusquam te formarem in utero noui te, et antequam exires de uulua sanctificaui te, et prophetam in gentibus posui te. Iheremias in gentibus propheta non fuit, sed solum in Israel. Ideo uerbum Dei uerax necesse habet, ut in gentibus sit propheta. Hii sunt duo candelabra et due oliue in cons-[fol. 154v° a]-pectu Domini terrae stantes, id est sunt in paradiso. Ideo admonuit ut si in alio legens non intellexisti, hic intelligas. Hos uero, oportet interfici ab Antichristo. Sed quia haec tipice diximus, nunc uerba eadem caritati uestrae, ut cepimus, spiritualiter disseramus.

#### INCIPIT STORIA DE EODEM TESTAMENTO.

*Et<sup>237</sup> uincet eos, et occidet eos, et corpora<sup>238</sup> eorum in platea ciuitatis magne proicientur, quae uocatur spiritaliter Sodoma et Egiptus, ubi et Dominus eorum crucifixus est. Et uident ex populis et tribus et linguis et gentibus, corpora<sup>238</sup> eorum, diebus tribus et dimidium. Et corpora eorum non permittunt poni in monumentis; et habitantes terram gaudent super eos et epulantur, et munera inuicem mittent, quoniam hii duo prophete cruciauerunt habitantes terram<sup>239</sup> [Ap 11,7-10].*

[fol. 155] : **Illustration : La mort des Témoins** (Ap 11, 7b-10) :

*Registre supérieur, sur fond vert foncé* : Des ouvriers démolissent une construction dans laquelle sont réfugiés 7 personnes.

*Registre inférieur, sur fond jaune* : L'Antéchrist (ANTICHRISTUS) décapite les deux témoins après d'autres personnes : ANTICHRISTUS HELIAM ET HENOC OCCIDIT.

[155 a] **INCIPIT EXPLANATIO, SUPRADICTE STORIAE.**

233. o final écrit en interligne d'une encre plus noire.

234. Tilde gratté par erreur au-dessus du e final.

235. n gratté avant le t final.

236. omnia corr. en omnes.

237. Initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur deux lignes.

238. corpus corr. en corpora par grattage, surcharge et ajout de ra en interligne.

239. La seconde colonne du folio est restée vierge.

**Et** <sup>240</sup> uincet eos, et occidet eos [Ap 11,7]. Vincet Antichristus eos quos seduxerat ut credant. Occidet autem sanctos qui confessi Deum fuerint. Spiritualiter uero nunc in Eꝥlesia uincet, qui Eꝥuangelio et Legi non credunt. Occidet autem eos qui Christo credunt et in penitentia uiuunt, sicut Dominus in Eꝥuangelio ait : Tradent uos in pressura, et occident uos, omnis <sup>241</sup> enim qui Aecclesie non consentit, duo testamenta occidit. **Et corpora** <sup>242</sup> eorum in platea ciuitatis magne proicientur [Ap 11,8]. Duorum dixit unum corpus, [155 b] aliquando autem corpora ut Legis et Eꝥuangelii <sup>243</sup> numerum seruaret, et Aecclesie unum corpus ostenderet. Corpus non solum de occisis, sed et de uiuis dicit. Quod autem dixit proicientur, id est spernentur, sicut scriptum est : Tu uero odisti disciplinam, et proiecisti sermones meos post te. *In plateis ciuitatis magne proicientur*, id est in medio Aecclesie, *que uocatur spiritualiter Sodoma et Eꝥgyptus, ubi et eorum Dominus crucifixus est* [Ap 11,8]. Vtique in Eꝥlesia quia Iherusalem restaurari non potest, Domino dicente : Erit Iherusalem conculcata [fol. 155v° a] usque dum compleantur <sup>244</sup> tempora gentium. **Et uident ex populis et tribus et linguis et gentibus corpus eorum, diebus tribus et dimidium** [Ap 11,9]. Id est tribus annis et sex mensibus, quod sunt anni trecenti quinquaginta, quos supra diximus a passione Domini usque ad Antichristum. **Hoc** <sup>245</sup> ut diximus, spirituale est in Aecclesia. Miscet enim tempus nunc presens, nunc futurum ; uident enim dixit, quia non uidebunt, sicut Dominus in Eꝥuangelio ait : Ueniet inquit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur se obsequium facere Deo. Et nunc est, quod dicit ueniet. Denique cum dicat ueniet, sic hoc dixit fatiunt, quia non cognouerunt Patrem neque me. Non dixit fatient, quia non cognoscent. Numquam enim separat presens tempus a nouissimo, quo <sup>246</sup> reuelabitur Antichristus, nunc uero spiritualis nequitia haec facit in Eꝥlesia. **Et corpora eorum non permittuntur** <sup>247</sup> **poni in monumentis** [Ap 11,9]. Votum eorum dixit, ad poenitentiam confugi desiderant, corpore sepeliantur, et qui de parte diaboli sunt eos deuote seruire Domino non permittunt. Persequitur enim uir uxorem et uxor uirum, parentes filios et filii parentes, dominus seruum et serui dominos, et plus quam peius pseudoprophete ; omnes serui Dei non ualent ferre eorum inpugnationem, ut Dominus ait : *Ve uobis qui clauditis regnum celorum, nec uos intratis, nec alios permittitis intrare, cum etiam semper intrent illis inpugnantibus.* Isto modo, non permittunt [fol. 155v° b] corpora eorum poni in monumentis. Facient autem et aperte de uiuorum, occisorumque corporibus. Quia nec uiuos permittent sacra celebrando in memoria colligi, nec occisos in memoria recitari, nec eorum corpora in memoria testantium Dei sepeliri. **Et habitantes terram gaudent super eos, et epulantur, et munera inuicem mittent** [Ap 11,10].

---

240. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur trois lignes.

241. i ajouté en interligne d'une encre plus noire.

242. corpus corr. en corpora par grattage et ajout de ora d'une encre noire.

243. lium final corr. en lii.

244. n ajouté en interligne avant tur.

245. hæc corr. en hoc.

246. quod corr. en quo par grattage et o suscrit..

247. permittitur corr. en permittuntur par u suscrit au-dessus du i maintenu.

Hoc semper factum est, et nunc munera inuicem mittent, et in postmodum gaudebunt et epulabuntur. Quotiens enim iusti affliguntur, iniusti exultant <sup>248</sup> et epulantur. *Munera inuicem mittent* [Ap 11,10], id est unus alteri gaudento denuntiant, sicut scriptum est : In me psallebant, qui bibebant uinum. **Quoniam hii duo prophete, cruciauerunt habitantes terram** [Ap 11,10]. Duo prophete, duo sunt testamenta ; cruciare dicuntur terram, quia mundum relinquere praecipunt, et iniusti persecuntur eos, qui Deo seruire cupiunt, et preter plagas quibus propter Testamenta Dei humanum genus urguetur, aetiam uisos ipse grauat, iniustos sicut ipsi dicunt.

Grauis est nobis aetiam ad uidendum, et non solum grauat, sed et tabescere facit, ut scriptum est. Peccator uidet et irascetur, dentes suos stridet et tabescet. Gaudebunt ergo cum ubique ueluti iam nichil habuerint, quod impacienter ferant, disturbatis occisisque iusti et eorum hereditate possessa.

FINIT EXPLANATIO.

**INCIPIIT DE EISDEM TESTIBUS** <sup>249</sup> **STORIAE.**

**E**t <sup>250</sup> post tres dies et dimidium, Spiritus uite a Deo intrabit in illos, et stabunt <sup>251</sup> super pedes suos, et timor magnus cecidit super uidentes [fol. 156] eos. Et audiui uocem magnam de celo : ascendite huc. Et ascenderunt in celum, in nube, et uidebunt eos inimici eorum. Et in illa hora factus est terremotus magnus, et decima pars ciuitatis cecidit, et occisa sunt in terremotu nomina uirorum septem milia, et ceteri timuerunt et dederunt claritatem Deo celi. *Ve* secundum habiit, quod sequitur tertium. *Ve* ; ecce, ue tertium uenit cito [Ap 11,11-14]. Finit storia.

**Illustration : L'Ascension des Témoins** (Ap 11, 11-14) :

Registre 1, sur fond rouge : Christ en majesté entouré de deux anges et adoré par les deux témoins sur un nuage : HELIAS ET HENOC ASCENDERUNT IN NUBE.

Registre 2, sur fond rouge : Cinq personnages montrent du doigt les deux témoins : UBI UIDENT EOS INIMICI EORUM.

Registre 3, sur fond vert foncé : Six personnages dans une position suppliante : ISTI DEDERUNT CLARITATEM DEO CELI.

Registre 4, sur fond vert foncé : 4 constructions habitées renversées par le tremblement de terre.

[fol. 156<sup>o</sup> a]

**INCIPIIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE.**

**E**t <sup>252</sup> post tres dies et dimidium, Spiritus uite a Deo intrabit in illos [Ap 11,11]. Iam supra dictum est. Hac usque angelus futurum narrauit, et inducit factum quod futurum audiuit.

**Et steterunt super pedes suos, et timor magnus cecidit super uidentes eos. Et audiui uocem magnam de celo. Ascendite huc. Et ascenderunt in celum, in nube** [Ap 11,]11-12. Hoc de resurrectione intelligendum <sup>253</sup> est quod Apostolus dixit :

248. axaltant corr. en exultant par a biffé et u en interligne.

249. testes corr. en testibus.

250. Initiale rehaussée de couleurs sur trois lignes.

251. steterunt corr. en stabunt.

252. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

253. intellegendum corr. en intelligendum.

Rapiemur in nubibus obuam Christo. Ante aduentum autem Domini, nulli hoc possent contingere. Scriptum est enim : initium Christus. Deinde qui sunt Christi perfecti serui, rapiemur in aduentum eius, in nubibus. Unde excluditur omnis suspicio quorundam, qui putant hos <sup>254</sup> duos testes duos uiros esse, hoc est Elias, et qui cum eo uenturus est; et ante aduentum Christi celum in nubibus ascendere, hoc nemini <sup>255</sup> posse fieri antea, nisi in aduentum Domini in resurrectione, omnis omnino Aecclesia, et eo ascendere obuam Christo in aera, qui perfecti <sup>256</sup> dixerunt per duo testamenta. Quod si de his <sup>257</sup> duobus uiris <sup>258</sup> diceretur, quomodo poterant habitantes terram de duorum morte gaudere, si in una ciuitate morirentur? Aut quomodo munera per omnem terram inuicem mitterent <sup>259</sup>, si tres dies sunt qui antequam gaudeant de morte, contristabuntur [fol. 156v° b] de resurrectione? Cum etiam ad aliquos in tanta terrae latitudine, non ante mortis nuntium <sup>260</sup> quam resurrectionis ueniat. Aut quales aepule et uoluptas esse potest, si in plateis aepulantium cadauera humana, epulis morbos triduo fetore miscuerint. Quod manifestum est quid sint testes, et quid dies, nisi quod supra diximus, a passione Domini, usque ad secundum eius aduentum. Quod uero dicit *timor magnus cecidit super uidentes eos* [Ap 11,11], de omnibus uiuis dixit, in aduentum Domini, quia et iusti <sup>261</sup> quos uiuentes inuenerit Christus, pertimescent in resurrectione dormientium, cum in tali uelocitate fuerit resurrectio mortuorum. Et si iusti tunc pertimescent, quid de peccatoribus erit? **Et uidebunt eos inimici eorum** [Ap 11,12]. Hic separabit iustos a peccatoribus, quos in commune dixerat timuisse. **In illa hora, factus est terremotus magnus** [Ap 11,12].

Id est, persecutio recapitulatio est enim, sicut iam diximus, in aduentum Domini.

In illa hora qui in tecto est, non descendet <sup>262</sup> tollere quicquam de domo.

Hora est enim omne tempus. **Et decima pars ciuitatis cecidit, et occisa sunt in terremotu nomina uirorum septem milia** [Ap 11,13]. Denarius enim numerus et septedenarius perfectus est, quod si et non esset perfectus, aperte totum intellegendum erat. Dicit enim omnem ciuitatem cum omnibus edificatoribus suis cecidisse in persecutione. Duo enim sunt [fol. 157 a] aedificia in Aecclesia, unum supra petram quod est Christum, alterum super arenam quod est aedificia mundi huius, hoc dicit corruisse. **Et ceteri timuerunt, et dederunt claritatem Deo caeli** [Ap 11,13]. Isti sunt supra petram, quod sunt sancti qui in aduentu Domini peccatoribus terremotu morientibus, ipsi iusti pertimescentes confessione et animarum suarum neglectu, Deum clarificant, sicut scriptum est de iusto. Lauabit manus suas, in sanguine peccatoris, uidens enim iustus peccatoris interitum, plus accenditur in obseruatione preceptorum, quod lautior atque purior fiat, sicut scriptum est. Videns impium puniri, astutior fit. Finita

---

254. hos ajouté en interligne.

255. neminem corr. en nemini.

256. e final corr. en i.

257. h ajouté en interligne.

258. uiros corr. en uiris.

259. n ajouté en interligne.

260. nuntio corr. en nuntium par um en interligne au-dessus de o maintenu.

261. iustos corr. en iusti.

262. descendat corr. en descendet.

recapitulatione, quam pretermisso septimo angelo ingerat, repetit ordinem dicens : **Uę secundum habiit** [Ap 11,14].

Dixerat enim confecto locustarum prelio. **Vę** unum habisse, et **uę** alterum uenire quod scriptum<sup>263</sup> in equis. [fol. 157 b] Non dixit uę secundum habiit, ne statim tertium describeret, cum recapitulandum erat. Nunc finita ipsa recapitulatione, uę inquit secundum habiit, non recapitulationis, sed equorum quibus descriptis, uę non reddiderat. **Quod sequitur tertium uę, et septimus angelus in quo finis est** [Ap 11,14]. Hic uidetur duos fines fecisse, insequentes unum in recapitulationis, et alterum ordinis ; dixit enim finem in resurrectione testium, quos praeter ordinem subicerat. Et inducit alterum uę quem pugne equorum debebat dicens : **Vę secundum habiit.**

Ecce uę tertium, uenit cito [Ap 11,14]. Iste tercius uę separatio est iustorum et peccatorum in resurrectione. FINIT.

### **INCIPIIT SEPTIMA TVBA QVOD EST RESVRRECTIO OMNIS CARNIS.**

**E**t<sup>264</sup> septimus angelus tuba cecinit, et facte sunt magne in celo dicentes :

Factum est regnum Dei nostri et Christi eius et regnabit in saecula saeculorum [Ap 11,15], amen<sup>265</sup>.

[157] : **Illustration** : La septième trompette (Ap 11, 15-18) :

Un ange sonne de la trompette : SEPTIMUS ANGELUS TUBA CECINIT.

[fol. 157v° a]

**Et uiginti quattuor seniores qui in conspectu Dei sedent in tronis suis ceciderunt in faties suas, et adorauerunt Deum dicentes : Gratias tibi agimus Domine Deus omnipotens qui es et qui uenis, quoniam accepisti uirtutem tuam magnam et regnasti, et gentes irate sunt, et uenit ira tua et tempus, quod de mortuis iudicetur** [Ap 11,16-18].

Initium dixit et finem regnasti, et gentes irate sunt [Ap 11,17-18]. Primus aduentus est, uenit autem ira tua, quod de mortuis iudicetur. Secundus aduentus est, et dare mercedem seruis tuis prophetis et timentibus nomen tuum pusillis<sup>266</sup> et magnis<sup>266</sup>, et corrumpere corrumpentes terram [Ap 11,18]. Ecce inquit<sup>267</sup> uę tertium, uenit [Ap 11,13] in uoce septimi angeli. Et cum cecinisset, non alios nisi solam<sup>268</sup> Eꝑcclesiam dixit laudantem Deum et gratiam agentem. Unde intellegimus bonorum remunerationem non esse sine uae, malorum sicut ipsa Eꝑcclesia dixit. Venit ira tua et tempus, quia<sup>269</sup> de mortuis iudicetur, et dare seruis tuis mercedem, et corrumpere corrumpentes terram [Ap 11,18]. [fol. 157v° b] Hoc est uę nouissimum, quod est separatio iustorum et peccatorum. Hic facit finem, et recapitulat a natiuitate Domini nostri Ihesu Christi eadem altera clarius dicturus.

**EXPLICIT LIBER QUINTUS.**

263. scripto corr. en scriptum.

264. Initiale rehaussée de couleurs sur deux lignes.

265. saeculorum amen ajouté dans la marge de droite au-dessus de la ligne.

266. s final ajouté d'une encre plus noire.

267. Le second i écrit en interligne.

268. solum corr. en solam.

269. a ajouté d'une encre plus noire.